DFG
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199849-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199849-p0002-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199849-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199849-p0004-3

ÆLII DONATI VIRI CLARISSIMI, DE OCTO PARTIBVS ORAtionis Methodus, quæstiunculis puerilibus undiq; collectis illustrata.

Per Leonhardum Culmannum Crayßheymensem,

Iam denuò recognita & aucta formulis faciendæ orationis & Syntaxeos.

THO. VENAT.

Riuulus è tenuì ducit primordia toſo,
Cuius nunc rapido fonte feruntur aquæ.
Surgit in immenſum modico theſaurus ab ære,
Qui paſſim Crœſi uincere poſſit opes.
Et puer è paruis ſtudiorum exordia poſcit,
Donec ſ fficiat grandia ſcripta ſequi.

NORIBERGAE.

In Officina Typographica Vlrici Neuberi.

M. D. LXXI.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

AMPLISSIMÆ SPEI PVERO CHRIstophoro Choler Patricio Noribergensi, Leonhardus Culman. S. P. D.

EXcerpsi nuper Christophore charißime, *impuerorũ meorum utilitatem, præsertim qui declimãdi cõiugandiq; principia nondum attigerant, ex grãmaticis quæstiones quasdam, quæ mihi usæ sunt breuiores, ac ideo magis ad captum puerorum accommodatæ, easq; in Donati minoris de octo partibus Orationis libellum, qui à pueris circumfertur, redegi, quò facilius huiusmodi prima Latini sermonis elementa, quæ hic docentur, hauriri possent. Nam dici haud potest, quantum hoc exercitij genus & doctrinæ facilitas infirmam ætatem iuuet, quæ ob id primũ minus & laboris & tædij sentiet, ac deinde etiam discendi reddetur cupidior. Cogitanti autem mihi, cui hæc potißimum studia mea dedicarem, tu in primis occurrebas mi Christophore, cuius nomine & patrocinio in publicum prodirent. Quippe quòd ea putarem tuis ac fratrum tuorum studijs nõ inutilia futura. Deinde etiam probè mihi conuenire uidebatur, ut hic optimus pri-*

morum ſtudiorum informator, tuo beneficio uniuerſæ iuuentuti literariæ commendaretur, quem ſi neglexerit contempſeritq;, quicquid ſuperſtruxerit, id totum corruet. Tu igitur mi Chriſtophore, qui planè nobis nomine, moribus, atq; ingenio patrem tuum refers, benigno animo accipe, hoc quicquid eſt muneris tibi dicatum, & ſedulò cura, ut expectationi patris tui reſpondeas, qui omni conatu id unicum agit, quo melior pars ætatis tuæ adhuc teneræ, imò flos ipſe, optimis pariter, & moribus & literis rectè inſtituatur, tunc autem reſpondebis, ſi uirtute atq; rectis ſtudijs te pulchrè ornaueris. Chriſtus Opt. Max. patriæ te tuæ ac libertatis quàm diutiſſimè incolumem tueatur. Benè uale. Noribergæ ex Scola Ptochotrophij, Calendas Maij, Anno M. D. XXXIII.

MICHAEL ET LAVRENTIVS CHILIANI.

MICH. Quam rem hic agis Laurenti? LAV. Hic Donatum (quem uulgò minorem uocant) ediſco, MICH. Quid is quæſo docet? LAV. Dictionum naturas & infractiones. MICH. Natura dictionum, quo poteſt pacto deprehendi? LAV. Non poteſt illa melius deprehendi & abſolutius deſcribi, quàm per ſubnotationem partium orationis, quia omnes Latinæ dictiones ſub ijs partibus Orationis complectuntur.

DONATVS DE NOMINE.

DArtes Orationis quot sunt? Octo. Quæ? Nomen, Pronomen, Verbum, Aduerbium, Participium, Coniunctio, Præpositio, Interiectio.

Von achterley wörter wirt die teutsche Sprach gemacht.

Quare dicuntur partes orationis? Quia sunt uoces indicantes mentis conceptum, id est cogitationem. ¶ Quomodo diuiduntur partes orationis? In Declinabiles & Indeclinabiles. ¶ Quot sunt partes declinabiles? Quatuor, Nomen, Pronomen, Verbum & Participium. Quare dicuntur declinabiles? Quia à prima uoce in alias cadunt, & per casus, tempora & modos flectuntur. ¶ Quot sunt partes indeclinabiles? Quatuor. Aduerbium, Coniunctio, Præpositio, Interiectio. Quare dicuntur indeclinabiles? Quia à prima uoce in alias non cadunt, nec per casus, nec per tempora aut modos uariantur. ¶ Quomodo diuiduntur partes orationis declinabiles? In principales & Casuales. Quot sunt principales? Duæ. Nomen & Verbũ. Quia sine his perfecta oratio non cõsistit. ¶ Quot sunt partes orationis casuales? Tres. Nomen, Pronomen & Participium. Quia casibus inflectuntur.

Magister quæ pars? Est nomen. Vel Magister cuius partis? Est nominis partis.

NOmen quid est? Pars orationis, cum casu corpus aut rem propriè communi

Der Nam hefft teyn ein haubtlich

oder ſinnerliche ding.

teruè ſignificans. Proprie, ut Roma, Tybe-ris. Communiter, ut Vrbs, Flumen.

¶ *Quare nomen primum ponitur? Quoniam ex eo rerum omnium notitia procreatur.* ¶ *Vnde dicitur nomen? A notamine, ſiue à notione uel notitia, eo quod ſuo uocabulo res incognitas nobis notas efficiat.* ¶ *Vnde cognoſcis Nomen?* Ex eius uulgari lingua Ein, *ut homo*, ein menſch. ¶ *Quod nomen ſignificat corpus? Quod tangi poteſt aut uideri, ut homo, cœlum.* ¶ *Quid eſt Corpus? Quicquid ſentiur, ut aër, lapis.* ¶ *Quod nomen ſignificat rem? Quod nec tangi poteſt nec uideri, ut probitas.* ¶ *Quid eſt res? Quicquid nullo ſenſu percipitur, ut* Angelus, *anima.*

Accidentia

Des namẽs zufellen/vnd das jenige das man in einem jeglichen namen brauchen vnd bedencken muß.

Nomini quot accidunt? Sex. Quæ? Qualitas, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Caſus.

¶ *Quare huiuſmodi uoces dicuntur accidentia? Quia ſunt partium orationis quædam notiones ſeu notæ, ut quæ per caſus flectuntur & genera, & ſimiliter agnoſco eſſe nomina &c.*

Qualitas nominum in quo eſt? Bipartita eſt. Quomodo? Aut enim unius nomen eſt, & proprium dicitur, aut multorum, & eſt appellatiuum.

Qualitas.

¶ *Quid eſt qualitas? Eſt qua nomen proprium aut appellatiuum eſſe cognoſcitur.* ¶ *Roma cuius qualitatis? Propriæ, quia unius nomen eſt. Quid eſt nomẽ proprium? Quod uni tantum rei conuenit:* Ein eigner oder tauff

tauffnam. ¶ Magister, cuius qualitatis? Appellatiuꝰ quia est nomen multorũ. ¶ Quid est nomen Appellatiuum? Quod multis commune est, Ein gemeiner weitleufftiger nam. ¶ Quotuplex est nomen appellatiuũ? Duplex. Substantiuum & adiectiuũ. ¶ Magister quale nomen? Substantiuum. ¶ Quid est nomen substantiuum? Cuius teutonico addi nõ potest, Mañ, weib, ding. Potest aũt per se cum uerbo stare in sensu perfecto, ut: Magister docet. ¶ Doctus quale nomen? Adiectiuum. ¶ Quid est nomen adiectiuum? Cuius teutonico addi potest Mañ, & weib ding. Non autem potest per se stare cum uerbo in sensu perfecto: Nam doctus sedet, nõ dicitur, sed oportet exprimere uel sub audire homo, aut quid simile. ¶ Vnde dicitur substantiuum? A substo, quia adiectiuo substat. ¶ Vnde dicitur adiectiuum? A adijcior, quia substantiuo adijcitur, sine quo sensum nõ perficit. ¶ Comparatur ne Magister? Non, quia nõ est adiectiuũ. ¶ Comparatur ne doctus? Etiam, quia eius significatio potest augeri uel minui in comparando.

Comparationis gradus quot sunt? Tres. Qui? Positiuus, ut Doctus, Comparatiuus, ut Doctior, Superlatiuus, ut Doctissimus. Quę nomina cõparantur? Appellatiua duntaxat, qualitatem aut quantitatem significantia. Qualitatem, ut Bonus, Malus. Quantitatem, ut Magnus, Paruus. Comparatiuus cui casui seruit? Ablatiuo utriusq; numeri sine prepositione. Quomodo? Dicimus enim,

comparatio.

Doctior illo, & Doctior illis. Superlativus cuiꝰ Genituo tantum plurali, uel collectiuo singulari. Quomodoꝰ Dicimus enim, Doctissimus Poëtarum, uel Optimus plebis.

¶ *Quid est Comparatio? Est uariatio per gradus, uel est rei ad rem assimilatio.* ¶ *Quibus nominibus accidit comparatio? Duntaxat nominibus adiectiuis, nullum enim substantiuum comparatur.* ¶ *Comparantur ne omnia adiectiua? Nõ, sed ea sola, quæ primi nominis scriptores, & latinæ linguæ primates uiri in comparationem admiserunt.* ¶ *Quotuplex est Comparatio? Duplex. Regularis & Irregularis.* ¶ *Quid est Comparatio Regularis? Quæ primam syllabam in comparando per integrum seruat, ut:* Doctus, doctior, doctissimus. ¶ *Quid est Cõparatio Irregularis? Quæ primam syllabam per integrum non seruat:* Nam gradus non ritè formantur, nec Analogiam sequuntur, ut, Bonus, melior, optimus. Malus, peior, pessimus. ¶ *Quot modis comparantur adiectiua? Tribus: uel per tres terminationes, ut:*

In Mascul. gen.	*Doctus*	*doctior*	*doctissimus.*
Fœmin.	*Docta*	*doctior*	*doctissima.*
Neu.	*Doctum*	*doctius*	*doctissimum.*

Vel per duas terminationes, ut:

hic fortis, fortior, fortissimus.
hæc fortis, fortior, fortissima.
hoc forte, fortius, fortissimum.

Vel per unam terminationem, ut:

hic fœlix, fœlicior, fœlicissimus.

hæc

hæc fœlix, fœlicior, fœliciſſima.
hoc fœlix, fœlicius, fœliciſſimum.

¶ Doctus cuius gradus Comparationis? Poſitiui. Quia eſt prima uox nominis adiectiui, & fundamentum graduum, & ſignificat rem ſuam ſine exceſſu. ¶ Quot ſunt terminationes poſitiui? Quinq;. Er, is, us, ns, x, ut Niger, fortis, albus, ſapiens, fœlix. ¶ Vnde formatur poſitiuus? A nullo formatur, ſed alij duo formantur ab eo. ¶ Doctior cuius gradus comparationis? Comparatiui, Quia in eo primo fit exceſſus, qui ſupra poſitiui ſignificationem magis ſignificat, ut doctior, id eſt magis doctus. Quot ſunt terminationes comparatiui? Duæ. Or, & us. ¶ Comparatiuus unde formatur? A primo caſu poſitiui, i, addendo or uel us, docti, doctior, doctius. ¶ Doctiſſimus cuius gradus comparationis? Superlatiui. Quia in eo ſummus eſt exceſſus, qui ſupra poſitiui ſignificationem ualde ſignificat, ut doctiſſimus, id eſt, ualde doctus. ¶ Quot ſunt terminationes ſuperlatiui gradus? Tres, Rimus, ſimus, & limus Vnde formatur nigerrimus? A nominatiuo per additionem rimus. Vnde formatur fortiſſimus? A primo caſu poſitiui deſinente in i, addendo s & ſimus, ut docti, doctiſſimus. Vnde formatur facilimus? A nominatiuo & genitiuo m i mutando, & mus addendo. ¶ Comparantur ne omnia adiectiua per tres gradus? Minimè, quia quædam carent poſitiuo, ut habitior, ocyor. Quædam comparatiuo, ut meritus, inclytus. Quædam ſuperlatiuo, ut iuuenis, adoleſcens, diues, ſenex. ¶ Mouetur ne doctus?

Poſitiuus.

Comparatiuus.

Superlatiuus.

mouetur. ¶ *Quid eſt* Motio? *Eſt generis in genus, uocis in uocem mutatio.* ¶ *Quot modis mouentur adiectiua?* Tribus, *aut per tria genera, & per tres terminationes, ut:*

hic doctus, hæc docta, hoc doctum.

Aut per tria genera, & per duas terminationes, ut:

hic & hæc fortis, & hoc forte.

Aut per tria genera, & per unam tantum terminationem, ut hic & hæc & hoc fœlix.

Das Geſchlecht. *Genus.* Genera Nominum quot ſunt? Quatuor. Quæ? Maſculinum, ut hic Magiſter. Fœminimum, ut hæc Muſa. Neutrum, ut hoc Scammum. Commune, ut hic & hæc Sacerdos. Eſt præterea trium generũ, quod Omne dicitur, ut hic & hæc & hoc Fœlix. Eſt & Epicœnum, id eſt promiſcuum genus, ut hic Paſſer, hæc Aquila, Muſtela, Miluus.

Genus. ¶ *Quid eſt genus. Eſt diſcretio ſexus. Quot modis cognoſcitur genus?* Tribus. *Significatione, ut obſtetrix. Terminatione, ut aula. Authoritate Doctorum, ut pauper, hoſpes. Etiam additione adiectiuorum ſiue articulorum.* ¶ *Magiſter cuius generis? Maſculini, quia eſt nomen declinatum per articulum hic.* ¶ *Muſa cuius generis?* Fœminini, *quia eſt nomen declinatũ per articulum hæc.* ¶ *Scamnum cuius generis?* Neutri, *quia eſt nomen declinatum per articulum hoc.* ¶ *Sacerdos cuius generis?* Communis, *quia eſt nomen per hic & hæc communiter declinatũ.* ¶ *Fœlix cuius generis? Omnis, quia eſt nomen per hic & hæc & hoc*

diuiſim

diuiſim declinabile. ¶ *Dies cuius generis? Dubij, quia eſt nomen per hic uel hæc diuiſim declinabile.* ¶ *Paſſer cuius generis? Epicœni, quia eſt nomen ſub una uoce, & uno articulo animalia utriusq; ſexus ſignificãs.* ¶ *Quid eſt artieulus? Eſt uox ſequentem caſum & numerũ indicans.* ¶ *Quid intereſt inter articulos & pronomina? Pronomina ea putantur, quæ cũ ſola ſunt, uicem nominis complent. Articuli uerò qui in declinationibus aut nominibus aut participijs adiunguntur.*

Numeri nominum quot ſunt? Duo. Quis? Singularis, ut hic Magiſter. Pluralis, ut hi Magiſtri. *Numerus.*

¶ *Quid eſt numerus? Eſt uox unius uel pluriũ ſignificatiua.* ¶ *Magiſter cuius numeri? Singularis, quia eſt nomen ſingulariter prolatum, de uno tantum loquitur.* ¶ *Magiſtri cuius numeri? Pluralis, quia eſt nomen pluraliter prolatum, de pluribus enim loquitur.*

Figuræ nominum quot ſunt? Duæ, Quæ? Simplex, ut decens, potens. Compoſita, ut indecens, impotens. *Figura.* Die geſtalt vnd anſehen des Nomens gantz oder geſtückelt ſey.

¶ *Quid eſt figura? Eſt qua nomen ſimplex aut compoſitum, ſiue etiam decompoſitum eſſe cognoſcitur.* ¶ *Doctus cuius figuræ? Simplicis, quia unica dictione conſtat, non enim componitur ex partibus ſignificantibus.* ¶ *Indoctus cuius figuræ?* Compoſitæ, *quia eſt nomen ex diuerſis dictionibus connexum, componitur enim ex partibus ſignificantibus, ut in & doctus.* ¶ *Inexpugnabilis cuius figuræ?* Decõpoſitæ, *quia ex pluribus conflatur.* ¶ *Quid eſt figura decompoſita?*

Quia nomen compositum ulteriorem compositionem admittit, ut inextinguibilis, irreprehensibilis, irremi abilis. imperterritus, irreparabilis, ineluctabi lis.

Compositio. Ein verflecher. Kreffig. Burger. Vngeschickt. Vngesaltzen Lügentrager Vngewinlich. Vnerschrockē.

Quot modis nomina componuntur? Quatuor. Quibus? Ex duobus integris, ut Suburbanus. Ex duobus corruptis, ut Efficax, Municeps. Ex integro & corrupto, ut Ineptus, Insulsus. Ex corrupto & integro, ut Nugigerulus. Aliquando ex compluribus, ut inexpugnabilis, imperterritus.

¶ *Quid est Compositio?* Est *nomen diuisibile in partes significatiuas prioris sensus capaces.* ¶ *Quibus partibus accidit compositio?* Omnibus *dempta interiectione, quæ semper est simplex, & quædam participia.* ¶ *Quomodo id fit?* Primò *nomen componitur cum nomine, ut Paterfamilias. Cum pronomine, ut huiusmodi, Cum uerbis, ut armiger. Cum aduerbijs, ut indoctè Cum participijs, ut senatus consultum, plebiscitum. Cum coniunctione, ut uterq;. Cum præpositione, ut infidus.*

Casus. Der abfal/ vnd des abcken.

Casus Nominum quot sunt? Sex. Quis? Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus & Ablatiuus. Per hos enim casus, omnium generum nomina, pronomina, participia declinantur.

¶ *Quid est Casus?* Est *gradus declinationis, uel finalis*

finalis uariatio dictionum. ¶ Quomodo diuiduntur casus? In rectos & obliquos. ¶ Quot sunt rectis? Duo, Recti. Nominatiuus & uocatiuus, quia à fronte uerborum construuntur. ¶ Quot sunt obliquis? Quatuor, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, & Ablatiuus, quia à tergo uerborum construuntur. ¶ Magister cuius casus? Nominatiui. Quia in eo casu declinanda reperitur. ¶ Quid est septimus casus, quo Latini scriptores non raro utuntur? Est ablatiuo similis. Quomodo differunt ablatiuus & septimus casus? Ablatiuus, præpositiones semper recipit, & non modo profertur, ut ab oratore magistro uenio. Septimus autem sine præpositione, & uarijs modis enunciatur, ut oratore magistro uenio. ¶ Quid est octauus casus? Cum quid per accusatiuum & cum præpositione dici debeat, per datiuũ tamen sine præpositione dicitur, ut Clamor it cœlo. Subeunt mro. ¶ Musa quotæ declinationis? Primæ, Quia eius genitiuus singularis in æ diphthongon desinit. ¶ Magister quotæ declinationis? Secundæ, quia eius genitiuus singularis in i productam desinit. ¶ Sacerdos quotæ declinationis? Tertiæ, quia eius genitiuus singularis in is breue exit. ¶ Fructus quotæ declinationis? Quartæ, quia eius genitiuus singularis in us productam desinit. ¶ Species quotæ declinationis? Quintæ, quia eius genitiuus in ei diuisas syllabas desinit. ¶ Quid est declinatio? Est inflexio nominum in fine per casus. ¶ Quot sunt declinationes nominum? Quinq;. Prima, secunda, tertia, quarta, quinta. ¶ Penes quid declinatio nominis iudicanda ac demẽ-

Declinationes.

tienda

tienda est? Sola genitiui casus desinentia. ¶ *Quotuplex est Declinatio? Duplex. Consequens & inconsequens.* ¶ *Quid est declinatio consequens? Est similium regularis & uniformis proportio.* ¶ *Quid est declinatio inconsequens? Est dissimilium regularis consuetudo.*

¶ *Declina aliquod nomen secundæ declinationis.*

Donatus respexit genus, nõ ordinem declinationum.

MAgister nomen appellatiuum, generis Masculini, Numeri singularis, Figuræ simplicis, Casus nominatiui & uocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo hic Magister. Genitiuo huius magistri. Datiuo huic magistro. Accusatiuo hunc magistrum. Vocatiuo ô magister. Ablatiuo ab hoc magistro. Et pluraliter. Nominatiuo hi magistri. Genitiuo horum magistrorum. Datiuo his magistris. Accusatiuo hos magistros. Vocatiuo ô magistri. Ablatiuo ab his magistris.

¶ *Da paradigma primæ Declinationis?*

MVsa nomen appellatiuum, generis fœminini, numeri singularis, figuræ simplicis, casus nominatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo hæc musa. Genitiuo huius musæ. Datiuo huic musæ. Accusatiuo hanc musam

musam. Vocatiuo ô musa. Ablatiuo ab hac musa. Et pluraliter. Nominatiuo hæ musæ. Genitiuo harum musarum. Datiuo his musis. Accusatiuo has musas. Vocatiuo ô musæ. Ablatiuo ab his musis.

¶ *Secundæ declinationis neutri generis nomen declina.*

SCamnum nomen Appellatiuum, generis neutri, numeri singularis, figuræ simplicis, Casus nominatiui, accusatiui, & uocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo hoc scamnum. Genitiuo huius scamni. Datiuo huic scamno. Accusatiuo hoc scamnum. Vocatiuo ô scamnum. Ablatiuo ab hoc scamno. Et pluraliter. Nominatiuo hæc scamna. Genitiuo horum scamnorum. Datiuo his scamnis. Accusatiuo hæc scamna. Vocatiuo ô scamna. Ablatiuo ab his scamnis.

¶ *Dic quæso formam declinandi nominis tertiæ declinationis.*

SAcerdos nomen Appellatiuum, generis Communis, Numeri singularis, Figuræ simplicis, Casus Nominatiui & Vocatiui, quod

quod declinabitur sic: Nominatiuo hic & hæc Sacerdos. Genitiuo huius sacerdotis Datiuo huic sacerdoti. Accusatiuo hunc & hanc sacerdotem. Vocatiuo ô sacerdos. Ablatiuo ab hoc & ab hac sacerdote. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ sacerdotes. Genitiuo horum & harum sacerdotum. Datiuo his sacerdotibus. Accusatiuo hos & has sacerdotes. Vocatiuo ô sacerdotes. Ablatiuo ab his sacerdotibus.

¶ *Quomodo declinatur Fœlix eiusdem declinationis nomen.*

Paradigma tertiæ declinationis.

FOelix nomen Appellatiuum, Generis Omnis, Numeri singularis, Figuræ simplicis, Casus nominatiui & accusatiui & uocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo hic & hæc & hoc fœlix. Genitiuo huius fœlicis. Datiuo huic fœlici. Accusatiuo hunc & hanc fœlicem, & hoc fœlix. Vocatiuo ô fœlix. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc fœlice uel fœlici. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ fœlices & hæc fœlicia. Genitiuo horum & harum & horum fœlicium. Datiuo his fœlicibus. Accusatiuo hos & has fœlices & hæc fœlicia. Vocatiuo ô fœlices & ô fœlicia. Ablatiuo ab his fœlicibus.

¶ *Fructus*

¶ *Fructus nomen quartæ declinationis quomodo quæso flectitur?*

FRuctus nomen appellatiuum, Generis Masculini, Numeri singularis, Figuræ simplicis, Casus Nominatiui, Genitiui, & Vocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo hic fructus. Genitiuo huius fructus. Datiuo huic fructui. Accusatiuo hunc fructũ. Vocatiuo ô fructus. Ablatiuo ab hoc fructu. Et pluraliter. Nominatiuo hi fructus. Genitiuo horum fructuum. Datiuo his fructibus. Accusatiuo hos fructus. Vocatiuo ô fructus. Ablatiuo ab his fructibus. *Paradigma quartæ Declinationis.*

¶ *Quænam est forma declinandi nomen quintæ declinationis?*

SPecies nomen appellatiuum, Generis fœminini, Numeri singularis, figuræ simplicis, Casus Nominatiui, & Vocatiui, quod declinabitur sic: Nominatiuo hæc species. Genitiuo huius speciei. Datiuo huic speciei. Accusatiuo hanc speciem. Vocatiuo ô species. Ablatiuo ab hac specie. Et pluraliter. Nominatiuo hæ species. Genitiuo harum specierum. Datiuo his speciebus. Accusatiuo has species. Vocatiuo ô species. Ablatiuo ab his speciebus. *Paradigma quintæ Declinationis.*

Articuli Masculini generis. Singulari. Hic, der, huius des, huic dem, hunc, den, ô, ab hoc von dem. Plurali. Hi dic, horum diser, his denen, hos die, ô, ab his von denen.

Fœminini generis. Singulari. Hæc die, huius des, huic dem, hanc die oder das, ô, ab hac von der. Plurali ter. Hæ die, harum diser, his denen, has die, ô, ab his von denen.

Neutri generis. Singulari. Hoc die oder das, huius des, huic dem, hos das, ô, ab hoc von dem. Plura. Hæc die, horũ diser, his denen, hæc die, ô, ab his von denen.

¶ *Quid est litera terminalis? Est ultima litera alicuius dictionis. Quid est terminatio? Est ultima syllaba alicuius dictionis.*

Agnitio. Ir warzeychen vnnd denckmal.

PRima Declinatio quot literas terminales habet? Duas. Quas? a & s. Quot terminationes? Tres. Quas? a, as, es. Da exemplum? aut Poëta, as ut Aeneas, es ut Anchises. Quæ est agnitio primæ declinationis? Hæc est, cuius Genitiuus & Datiuus singulares, & Nominatiuus & Vocatiuus plurales in æ diphthongon desinunt. Accusatiuus in am correptam. Vocatiuus similis est Nominatiuo. Ablatiuus in a productam. Genitiuus pluralis in arum correptam. Datiuus & Ablatiuus in is productam, Accusatiuus in as productam.

Prosodia casuum.

Secun-

SEcunda declinatio quot literas terminales habet? Tres. Quas? r, s, m. Quot terminationes? Sex. Quas? er, ir, ur, us, eus, um. Da exemplum? Er, ut Sacer, ir, ut Vir, ur, ut Satur, us, ut Dominus, eus, ut Tydeus, um, ut Templum. Quæ est agnitio secundæ declinationis? Hæc est, cuius Genitiuus singularis, & Nominatiuus & Vocatiuus plurales in i productam desinunt. Datiuus & Ablatiuus in o productam. Accusatiuus in um correptam. Quando nominatiuus in r uel in m desinit, similis erit ei Vocatiuus: quando in us, tunc us mutatur in e, ut Dominus Domine: quando uerò in ius, si sint propria nomina, abiecta us, fit uocatiuus in i, ut Vergilius, Vergili, & unum appellatiuum, quod est filius, ut ô fili. Genitiuus pluralis in orum correptam. Datiuus & Ablatiuus in is productam. Accusatiuus in os productam, uel in a correptam. *Prosodia casuum.*

TErtia Declinatio quot literas terminales habet? Decem, Quas? a, e, o, c, l, n, r, s, t, x. Da exemplum? a, ut Poëma, e, ut Monile, o, ut Virgo, c, ut Lac, l, ut Mel, n, ut Nomen, r, ut Pater, s, ut Ciuitas, t, ut Caput, x, ut Fœlix. Quot terminationes? Septuaginta octo, uel paulò plus. Quæ est agnitio

tertiæ declinationis? Hæc est, cuius genitiuus singularis in is correptam desinit. Datiuus in i productam. Accusatiuus in em vel in im correptam. Vocatiuus similis est Nominatiuo. Ablatiuus in e correptam, uel in i productam. Nominatiuus, Accusatiuus, & Vocatiuus plurales in es productam uel in a correptam. Genitiuus pluralis in um uel in ium correptam. Datiuus & Ablatiuus in bus correptam.

Prosodia casuum.

QVarta Declinatio quot literas terminales habet? Duas. Quas? s & u. Quot terminationes? Similiter duas. Quas? us & u. Da exemplum? us ut Manus, u, ut Cornu.

Prosodia casuum.

Quæ est agnitio quartæ declinationis? Hæc est, cuius Genitiuus singularis, & Nominatiuus & Accusatiuus & Vocatiuus plurales in us productam desinunt. Datiuus in ui productam. Accusatiuus in um correptam. Vocatiuus similis est Nominatiuo. Ablatiuus in u productam. Genitiuus pluralis in uum correptam. Datiuus & Ablatiuus in bus correptam.

QVinta Declinatio quot literas terminales habet? Vnam. Quam? s. Quot terminationes? Similiter unam. Quam? es productam

ductam, ut Dies. Quæ est agnitio quintæ declinationis? Hæc est, cuius Genitiuus & Datiuus singulares in ei diuisas syllabas desinunt. Accusatiuus in em correptam. Vocatiuus similis est Nominatiuo. Ablatiuus in e productam. Nominatiuus & Accusatiuus & Vocatiuus plurales in es productam Genitiuus pluralis in erum correptam. Datiuus & Ablatiuus in bus correptam.

Prosodia casuum.

DE PRONOMINE.

PRonomen quid est? Pars orationis, quæ pro nomine posita, tantundem penè significat, personamq; interdum recipit.

Pronomen
Der vnter name oder bey name/ oder der da vnterlauffet vnd stat vor weser des namens.

¶ *Quare post Nomen debet sequi Pronomen? Quia pronomen nominis officio fungitur. Cum enim non sine uitio nomen in aliquot orationibus usurpari uidetur, repertum est pronomen, quod illius loco non sine magno lepore ponatur, ut: Quæ uenit immerito pœna dolẽda uenit. Si subtracto pronomine dices, pœna si immerito uenit, pœna dolenda uenit, quis non rideret? ¶ Vnde dicitur pronomen? A pro & nomen, quasi dicas, uice nominis, uel uicaria nominis. Quoties enim demonstratur, hic fecit, perinde est, ac si dicas, Petrum uel Paulum fecisse. ¶ Vnde dignoscitur quæ dictio sit pronominis partis? Ex Do-*

nali recensione fideli. ¶ Quot sunt pronomina? Duo decim. Ego, Tu, Sui, Ille, Ipse, Iste, Hic, Is, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, Nostras & Vestras. ¶ Quodnam est horum officium? Demonstrare aut repetere. Cum enim nomina tam prima quàm secunda personas careant, accessit hæc pars, quæ uerbis ad perficiendam orationem omnem personã suppeditare posset. ¶ Cur omittis, Quis, Quæ, Quod, Talis, Qualis, Quantus. Tantus, & plura à Donato inter Pronomina numerata? Quia non sunt pronomina, eò quod incertitudinem significant. Pronominum autem est certi aliquid significare, & pro aliquo proprio nomine poni: Hoc istis non conuenit, erga nomina sunt non Pronomina. Sed quia declinationem pronominis habent, Ideo inter ea etiam à Donato numerantur & collocantur. ¶ Quodnam est discrimen nominis & pronominis? Nomen significat substantiam & qualitatem, id est, rem ipsam & rei conditionem uel communem, uel propriam, ut Animal, significat enim rem illã animal & conditionem communem, quia conueniens est multis. Pronomen uerò duntaxat substantiam significat, sed conditio non explicatur. ¶ Quid sibi uult Donatus dicendo, Tantundem penè significat? Videtur uelle sentire, minus aliquanto significare pronomẽ quàm nomen, nam etsi pronomina uim nominum exprimũt, non tamẽ planè exprimunt, Nomina enim posita plenas faciunt elocutiones, pronomina semiplenas, ut si dicas: Virgilius scripsit Bucolica, ipse scripsit & Georgica ¶ Quare interdum dicit Donatus? Quia uult

ostendere

ostendere non omnia pronomina finitas recipere personas.

Pronomini quot accidunt? Sex. Quæ? Qualitas, Genus, Numerus, Figura, Persona, Casus. *Accidentia*

Qualitas Pronominum in quo est? Duplex est. Quomodo? Aut enim finita sunt Pronomina, aut infinita. Quæ sunt finita? Quæ recipiunt personas, ut Ego, Tu, Ille. Quæ sunt Infinita? Quæ non recipiunt personas, ut: Quis, Quæ, Quod. *Qualitas.* *Finita.* Entlich/ die etwas gewisses bestimmen.

¶ *Quid est Qualitas? Quæ pronomen finitum ab infinito discernit.* ¶ *Ego cuius qualitatis? Finitæ, quia ad certam personam gestũ dirigit.* ¶ *Quot sunt pronomina finita? Tria, Ego, Tu, Ille.* ¶ *Quare dicuntur finita? Quia definiunt & demonstrant personam aliquam certam.* ¶ *Quis cuius qualitatis? Infinitæ, quia personas certas non recipit.* ¶ *Quæ sunt illa? Quis, Qualis, Talis, Quantus, Tantus, Quotus, Totus. Hæc enim nullam certam rem præsentem notant,* ¶ *Ipse cuius Qualitatis? Minus quàm finitæ.* ¶ *Quæ sunt illa? Ipse, Iste, Hic, Is, Idem, Sui. Quæ certis incertisq; personis aptari possunt.*

Genera Pronominum quot sunt? Eadem ferè quæ & Nominum: Masculinum, ut Quis, Fœmininum, ut Quæ. Neutrum, ut Quod. *Genus.*

Quod. Commune, ut: Qualis, Talis, Trium generum, quod omne dicitur, ut Ego, Tu, Sui.

¶ *Quot sunt genera pronominum? Quinq;, Masculinum, Fœmininum, Neutrum, Commune, & Omne. Meus cuius generis? Masculini, quia prima uox pronominis est generis Masculini.* ¶ *Mea cuius generis? Fœminini, quia secunda uox pronominis est generis Fœminini.* ¶ *Meum cuius generis? Neutri, quia tertia uox pronominis est Neutri generis.* ¶ *Nostras cuius generis? Communis, quia præponuntur ei in declinatione duo articuli, hic & hæc.* ¶ *Ego cuius generis? Omnis, quia sic est sicuti cui adhæret, ut Ego Iohannes, Ego Barbara, Ego Mancipium.*

Numerus. Numeri Pronominum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut hic. Pluralis, ut hi.

¶ *Ego cuius numeri? Singularis, quia singulariter profertur.* ¶ *Nos cuius numeri? Pluralis, quia pluraliter profertur.*

Figura. Figuræ Pronominũ quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex ut quis, Composita ut quisquis.

¶ *Ego cuius figuræ? Simplicis, quia simpliciter profertur.* ¶ *Egomet cuius figuræ? Compositæ, quia componitur ab ego & met syllabica adiectione.*

Persona. Personæ Pronominum quot sunt? Tres. Quæ? Prima, ut Ego. Secunda, ut Tu. Tertia, ut Ille.

Quid est persona? Est modus loquendi de se, ut de se, ad

se, ad alium, ut ad alium, de alio, ut de alio. ¶ *Ego cuius personæ? Primæ, quia significat rem de se loquentem.* ¶ *Quot sunt pronomina primæ personæ? Vnum scilicet Ego, cum suis obliquis.* ¶ *Tu cuius personæ? Secũdæ, quia significat rem ad quam fit sermo.* ¶ *Quot sunt pronomina secundæ personæ? Vnum, quod est Tu.* ¶ *Ille cuius personæ? Tertiæ, quia significat rem de qua fit sermo.* ¶ *Quot sunt tertiæ? Alia omnia.*

Casus item Pronominum quot sunt? Sex, quemadmodum & nominum, per quos omnium generũ nomina, pronomina, participia inflectuntur.

¶ *Quid est casus? Est modus casualium qui maxime fit in fine.* ¶ *Ego cuius casus? Nominatiui, quia in tali casu declinando reperitur.* ¶ *Quot pronomina habent uocatiuum? Quatuor.* Tu, Meus, Noster & *Nostras.* ¶ *Quare reliqua pronomina uocatiuo carent? Quia sermo ad ea non dirigitur.*

EGo Pronomen finitum, generis omnis, numeri singularis, figuræ simplicis, personæ Primæ, casus Nominatiui, quod declinabitur sic. *Ego primitiuum & demonstratiuum.*

Ego mei uel mis mihi me à me. Et pluraliter, nos nostrum uel nostri, nobis nos á nobis. Personæ secundæ, generis omnis. *Ego ich.*

Tu tui uel tis tibi te ô tu â te. Et pluraliter, Vos uestrum uel uestri uobis uos ô uos â uobis *Tu. Du. Demonstratiuum & primitiuum*

bis. Perſonæ tertiæ, generis omnis, utriuſq; numeri, ſine nominatiuo & Vocatiuo. Sui ſibi ſe à ſe. Et pluraliter, Sui ſibi ſe à ſe. Item relatiuum & demonſtratiuum ſimul. Generis Maſculini, Ille illius illi illum ab illo. Et pluraliter, Illi illorum illis illos ab illis. Generis Fœminini, Illa illius illi illam ab illa. Et pluraliter, Illæ illarum illis illas ab illis. Generis neutri, Illud illius illi illud ab illo. Et pluraliter. Illa illorum illis illa ab illis. Item minus quàm finita, Generis Maſculini, Ipſe ipſius ipſi ipſum ab ipſo. Et pluraliter, Ipſi ipſorum ipſis ipſos ab ipſis. Generis fœminini, Ipſa ipſius ipſi ipſam ab ipſa. Et pluraliter, Ipſæ ipſarum ipſis ipſas ab ipſis. Generis neutri, Ipſum ipſius ipſi ipſum ab ipſo. Et pluraliter. Ipſa ipſorum ipſis ipſa ab ipſis. Generis Maſculini, Iſte iſtius iſti iſtum ab iſto. Et pluraliter. Iſti iſtorum iſtis iſtos ab iſtis. Generis fœminini, Iſta iſtius iſti iſtam ab iſta. Et pluraliter, Iſtæ iſtarum iſtis iſtas ab iſtis. Generis Neutri, Iſtud iſtius iſti iſtud ab iſto. Et pluraliter, Iſta iſtorum iſtis iſta ab iſtis. Item articulare Præpoſitiuum uel Demonſtratiuum. Geneis Maſculini, Hic huius huic hunc ab hoc. Et pluraliter, Hi horum his hos ab his. Generis fœminini, Hæc huius

Ille, mixtæ uirtutis eſt Iener, oder derſelbige. Ir oder er. Ipſe eben er.

Iſte diſer

Hic der.

ſus huic hanc ab hac. Et pluraliter, Hæ harum his has ab his. Generis neutri, Hoc huius huic hoc ab hoc. Et pluraliter. Hæc horum his hæc ab his. Item Subiunctiuum uel Relatiuum. Generis Maſculini, Is eius ei eum ab eo. Et pluraliter, Ei eorum eis eos ab eis. Generis fœminini, Ea eius ei eam ab ea. Et pluraliter. Eæ earum eis eas ab eis. Generis neutri, id eius ei id ab eo. Et pluraliter, Ea eorum eis ea ab eis. *Is derſelb. bige.*

Item infinita. Generis Maſculini, Quis uel qui cuius cui quem à quo uel à qui. Et pluraliter, Qui quorum quis uel quibus quos á quis uel à quibus. Generis fœminini, Quæ uel qua cuius cui quam â qua uel à qui. Et pluraliter, quæ quarum quis uel quibus quas à quis uel à quibus. Generis neutri, Quod uel quid cuius cui quod uel quid â quo uel à qui. Et pluraliter, quæ uel qua quorũ quis uel quibus quæ uel qua, â quis uel â quibus. Item poſſeſsiua finita ad aliquid dicta, ex utraq; parte ſingularia. Generis Maſculini, Meus mei meo meũ ò mi â meo. Et pluraliter, Mei meorum meis meos ò mei à meis, Generis Fœminini, Mea meæ meæ meã ò mea à mea. Et pluraliter, Meæ mearũ meis meas ò meæ à meis. Generis Neutri, *Quis wer. Meus, mein.*

Meum

Meum mei meo meum ô meum â meo. Et pluraliter. Mea meorum meis mea ô mea à meis. Generis Masculini, Tuus tui tuo tuum à tuo. Et pluraliter, Tui tuorum tuis tuos à tuis. Generis Fœminini, Tua tuæ tuæ tuam à tua. Et pluraliter, Tuæ tuarum tuis tuas à tuis. Generis neutri, Tuum tui tuo tuum â tuo. Et pluraliter. Tua tuorum tuis tua à tuis.

Tuus deiner.

Suus seiner.

Generis Masculini, Suus sui suo suum â suo. Et pluraliter, Sui suorum suis suos à suis. Generis Fœminini, Sua suæ suæ suam à sua. Et pluraliter, Suæ suarum suis suas â suis. Generis Neutri, Suum sui suo suum â suo. Et pluraliter. Sua suorum suis sua à suis. Item possessiua finita, ad aliquid dicta ex utraque parte pluralia. Generis Masculini, Noster nostri nostro nostrum ô noster à nostro. Et pluraliter, nostri nostrorum nostris nostros ô nostri â nostris. Generis Fœminini, Nostra nostræ nostræ nostram ô nostra â nostra. Et pluraliter. Nostræ nostrarum nostris nostras ô nostræ â nostris. Generis neutri, Nostrum nostri nostro nostrum ô nostrum â nostro. Et pluraliter, Nostra nostrorum nostris nostra ô nostra à nostris. Generis Masculini, Vester uestri uestro uestrum â uestro. Et pluraliter. Vestri uestrorum uestris uestros â uestris.

Noster, der vnser.

Vester der ewer.

Gene-

Generis fœminini, Vestra uestræ uestræ uestram à uestra. Et pluraliter, Vestræ uestrarum uestris uestras à uestris. Generis Neutri, Vestrum uestri uestro uestrum à uestro. Et pluraliter, Vestra uestrorum uestris uestra à uestris. Da horum composita: ut: Egomet tuimet, suimet, sibimet, illic, istic, illiccine, isticcine, hiccine, hæccine, hoccine. Idem in Masculino genere productum, in Neutro uero correptum. Quisquis, quisnam, quispiam, aliquis, &c.

¶ Ego *quotæ declinationis? Primæ.* ¶ *Quot sunt pronomina primæ declinationis? Tria, Ego, Tu, Sui, quia mittunt genitiuum in i uel is.* ¶ *Ille quotæ declinationis? Secundæ.* ¶ *Quot sunt pronomina secundæ declinationis? Quinq;, Ille, Ipse, Iste, Hic, Is, quia mittunt genitiuum in ius.* ¶ *Meus quotæ declinationis? Tertiæ.* ¶ *Quot sunt pronomina tertiæ declinationis? Quinq;. Meus, Tuus, Suus, Noster & Vester, quia mittunt genitiuum singularem in formam adiectiuorum nominum in i, æ, & i.* ¶ *Nostras quotæ declinationis? Quartæ.* ¶ *Quot sunt pronomina quartæ declinationis? Duo. Nostras & uestras, quia mittunt genitiuum in is, ut nostras nostratis.* Declinatio

DE VERBO.

VErbum quid est? Pars orationis cum tempore & persona, sine casu, aut agere, aut pati, aut neutrum significans. *Verbum.* Das wort betrift/thut oder leiden/oder ist.

¶ Quo-

¶ Quo iudicio habes, quæ dictio ſit uerbi partis? Quælibet dictio latina, cui commodè in uulgari adijcitur. Ich, du, der, & wir, jr, die, eſt uerbum. ¶ Qua cauſa ſequitur uerbum nomen & pronomen? Quia nomen & pronomen ſiue uerbo non efficiunt integram ſententiam.

¶ Vnde dicitur uerbũ? A uerberando, eò quod uerberatu aëris plectroq; linguæ uox formetur. ¶ Quid interest inter nomen & uerbum? Nomen dicit ipſam perſonam, uerbum uerò dicit factum dictumue perſonæ, præterea uerbum tempus habet, caret autem caſibus: Nomen contra caſus habet non tempus. ¶ Quotuplex eſt uerbum? Duplex, perſonale & impersonale. Quid eſt uerbum perſonale? Quod per tres diſtinctas perſonas coniugatur. ¶ Quid eſt uerbum impersonale? Quod non iuxta tres perſonas uariatur. ¶ Quotuplex eſt uerbum perſonale? Quatruplex. Subſtantiuum, uocatiuum, tranſitiuum, & abſolutum. ¶ Quid eſt uerbum ſubſtantiuum? Quod nec actionem, nec paſſionem, ſed ſubſtantiam ſignificat, ut ſum & ſio. ¶ Quid eſt uerbum uocatiuum? Cuius actio maximè per propria nomina ſpecificatur, ut nuncupor, appellor, nominor, dicor, uocor. ¶ Quid eſt uerbum tranſitiuum: Quod in aliquem caſum fertur, diuerſum ab eo qui ipſum præceſſit, ut Amo Deum. ¶ Quid eſt uerbum abſolutum? Quod perfectam ſententiam facit ſine obliquis, ut, ſto, curro, pendeo. Quotuplex eſt uerbum impersonale? Duplex. Actiuæ uocis & paſſiuæ uocis. Quid eſt uerbum imperſonale

ſonale actiuæ uocis? Quod deſinit int, & uernaculè dicitur per es, & coniugatur more uerbi actiui tantũ in tertijs perſonis ſingularibus, ut iuuat, tædet, conducit, incipit. ¶ Quid eſt uerbum impersonale paſſiuæ uocis? Quod deſinit in tur, & Germanicè per man dicitur, & coniugatur tantum in tertia perſona more uerbi paſſiui, ut itur, curritur.

Verbo quot accidunt? Septem. Quæ? Qualitas, Coniugatio, Genus, Numerus, Figura, Tempus & Perſona. *Accidentia*

Qualitas uerborum in quo eſt? In modis & in formis. Modi qui ſunt? Indicatiuus, ut Lego. Imperatiuus, ut Lege. Optatiuus, ut utinam Legerem. Coniunctiuus, ut cum Legam. Infinitiuus, ut legere. Impersonalis, ut Legitur. *Qualitas.* Die art vnd neigung.

¶ Amo cuius qualitatis? Verbum habet pro qualitate modum & formam. ¶ Modi uerborum quot ſunt? Quinque. Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Coniunctiuus & Infinitiuus. ¶ Quare omittis modum impersonalem, quem ponit Donatus? Quia cum uerbum impersonale modos habet ut perſonale, inde ab alijs inter modos non locatur. ¶ Quare dicuntur modi? Quia ſunt diuerſæ inclinationes animi, uarios eius affectus demonſtrantes. ¶ Quorſum conducunt? Aduertendam ſubinde locutionem, in qua uerbum eſt potiſſima pars ad ipſos affectus exprimendos.

¶ Amo

Indicatiuus. ¶ Amo cuius modi? Indicatiui, quia per eum indicamus uel definimus quid actum sit, aut agatur à nobis, uel ab alijs. ¶ Ama cuius modi? Imperatiui, quia per eum imperamus alijs, ut faciant aliquid aut patiantur. ¶ Quare hic modus solum præsenti & futuro utitur? Quia de his rebus quas nunc fieri uolumus, uel in futuro imperare tantum possumus, absurdum esset in præterito aliquid imperare. ¶ Quare deficit prima persona in singulari? Quia omninò ridiculum esset sibijpsi quenquam imperare, cum sua quæ sunt, promptus sit sponte facere, Imperio itaq; tantum externæ indigent personæ. ¶ Cur autem in plurali tres adhibentur personæ? Quia prima persona cum alijs se confert, & cum imperat, se quoq; in id ministerium uocat: est igitur hortandi & non imperandi persona.

Imperatiuus.

Optatiuus. ¶ Amarem cuius modi? Optatiui, quia eget aduerbio optandi, ut perfectum sensum significet, ut utinam amarem. ¶ Quæ sunt Optatiui signa? Vtinam, ò si, quam & si qua sunt aduerbia optandi alia ¶ Amem cuius modi? Coniunctiui, quia ipsi alterum uerbũ semper coniungimus uel subiungimus, ut perficiat sensum. ut cum promisero, ueniam. ¶ Quæ sunt signa coniunctiui? Dum, cum, si, quin, nisi & pauca alia. ¶ Amare cuius modi? Infinitiui, quia personis & numeris deficit & eget semper uno aliquo ex quatuor dictis modis, ut significet aliquid perfectum. ¶ Legitur cuius modi? Impersonalis, quia indiget uel nominis uel pronominis persona, ut legitur, addendum, uel à me, uel Socratie.

Coniunctiuus.

Infinitiuus

Indica-

1. *Indicatiuus modus. Ein weiß die ein ding anzeigt.*
2 *Imperat. Ein weiß darinn oder damit man gebeut.*
3. *Optati. Ein weiß damit man wündscht oder begert.*
4. *Coniunctiuus. Ein weiß deren man ein ander Verbum oder rede muß zufügen, &wenn der sententz vnd meinung sol gantz sein.*
5. *Infinitiuus, Ein weise die kein gewisse person noch zal bestimpt.*
6. *Impersonalis, der kein person anzeigt.*

Formæ Verborum quot sunt? Quatuor. Quæ? Perfecta, ut Lego. Meditatiua, ut Lecturio. Frequentatiua, ut Lectito. Inchoatiua, ut Feruesco. Calesco.

Forma id est species. Die ankunft oder art.

¶ *Amo cuius formæ? Perfectæ, quia à nullo deriuatur.* ¶ *Quomodo hîc differunt forma & species? Nihil, nam forma nihil aliud est quàm species, id est origo uerbi, an scilicet uerbum uel primitiuum uel deriuatiuum, perfectum uel imperfectum, id est, suæ uel alienæ originis sit.* ¶ *Quid est ergo forma? Est diuersa uerborum species.* ¶ *Ad quid conducunt uerborum formæ? Ad orationis concinnitatem et breuitatem, ne quod paucis uerbis eloquendũ sit, ridiculè multis conemur.* ¶ *Esurio cuius formæ? Meditatiuæ quia in rio desinens significat meditationem, seu potius desideriũ cum primitiuo, ut esurio, id est, cupio edere, uel meditor edere.* ¶ *Lectito cuius formæ? Frequentatiuæ, quia in to, so, uel xo desinens, significat frequentiam actus sui primitiui, ut agito, curso, nexo.* ¶ *Calesco cuius formæ?*

Perfecta, id est Primitiua, unde reliquæ cadunt.

Lust vnd will len habend.

Die da anhelt/ fleiß vñ stetigkeit/ anzeigt.

An fahendt vñ werend/

ma? Inchoatiua, quia in sco desinens, significat initium actus uel passionis sui primitiui, ut calesco, id est, incipio calere. ¶ Habent ne singula uerba has species? Non, neq; enim hæ uerborum formæ à quolibet uerbo descendunt.

Cõiugatio. Dz gezwang wil jnnunge.

Coniugationes Verborum quot sunt? Tres. Quæ? Prima in a. Secunda in e. Tertia in i, Prima quæ est? Quæ in Indicatiuo modo, tempore præsenti, numero singulari, secunda persona, uerbo actiuo & neutrali, a productam habet ante nouissimam literam s. Passiuo, communi & deponenti, ante nóuissimam syllabam ris, ut amo amas, amór amaris. Et futurum tempus eiusdem modi in bo & in bor syllabam mittit, ut amo amabo, amor amabor.

Prima.

Secunda. Secunda quæ est? Quæ in Indicatiuo modo, teempore præsenti, numero singulari, secunda persona, uerbo actiuo & neutrali, e productam habet ante nouissimam literam s. Passiuo, communi & deponenti, ante nouissimam syllabam ris, ut doceo, doces, doceor, doceris. Et futurum tempus eiusdem modi in bo & in bor syllabam mittit, ut doceo docebo, doceor docebor.

Tertia. Tertia quæ est? Quę in Indicatiuo modo, tempore præsenti, numero singulari, secunda persona, uerbo actiuo & neutrali, i cor-

correptam, uel i productam habet ante nouissimam literam s. Passiuo, communi & deponenti pro i litera e correptam uel i productam habet ante nouissimam syllabam ris, ut lego legis, legor legeris. audio audis, audior audiris. Et futurum tempus eiusdem modi in am & in ar syllabam mittit, ut lego legam, legor legar: audio audiam, audior audiar. Vbi possunt hæc discerni? Hæc in Imperatiuo & Infinitiuo modo statim discerni possunt, utrum i literam correptam habeant an productam. Nam i litera correpta si fuerit, in e conuertitur: producta si fuerit, nõ mutatur. Est quando tertia cõiugatio futurũ tempus non in am tantum, sed etiam in bo et in bor syllabam mittit interdũ, cũ literam correptam non habuerit, sed productam, ut eo is ibo, queo quis quibo, eam uel queam.

¶ *Quid est coniugatio? Est conueniens uerborum declinatio per tempora & modos.* ¶ *Vnde dicitur coniugatio? Quòd una eademq; ratione declinationis plurima uerba per eam coniugantur.* ¶ *Quotuplex est coniugatio? Duplex. Consequens & inconsequens.* ¶ *Quid est coniugatio consequens? Est eorum uerborum quæ sub uno iugo flectuntur.* ¶ *Quid est coniugatio inconsequens? Est eorum uerborum quæ inconsequenter & irregulariter flectuntur.* ¶ *Quotuplex est Cõiugatio consequens? Quatruplex. Prima a*

wie man dises von einander der erkennen ob es ein kurtz oder ein lang i hab

tenet productam, ſecunda e productam, tertia e correptam, quarta i productam. ¶ Quare autem Donato ponit ſolum tres coniugationes? Quia tertiam diuidit in tertiam breuem, & tertiam longam, quam nos quartam uocamus. ¶ Amo cuius cõiugationis? Primæ, quia habet a longum ante re in infinitiuo in uoce actiua, ut amare. ¶ Amor cuius coniugationis? Primæ, quia habet a longum ante ris in ſecũda perſona præſentis indicatiui in uoce paſſiua, ut amaris. ¶ Doceo cuius coniugationis? Secundæ, quia habet e longum ante re in infinitiuo in uoce actiua, ut docere. ¶ Doceor habet e longum ante ris in ſecunda perſona præſentis indicatiui in uoce paſſiua, ut doceris ¶ Lego cuius coniugationis? Tertiæ, quia habet e breue ante re in infinitiuo in uoce actiua, ut legere. ¶ Legor habet e breue ante ris in ſecunda perſona præſentis indicatiui in uoce paſſiua, ut legeris. ¶ Audio cuius cõiugationis? Quartæ, quia habet i longum ante re in infinitiuo in uoce actiua, ut audire. ¶ Audior cuius cõiugationis? Quartæ, quia habet i longũ ante ris in ſecunda perſona præſentis indicatiui in uoce paſſiua, ut audiris. ¶ Quomodo diſtinguuntur à coniugatione uerba? Quædam ſunt anomala, quædam ſunt regularia, quædam plena, quædam defectiua. ¶ Quæ ſunt anomala? Quæ non ſecundum comunem formã uerborum declinantur, ut: Sum Volo, Fero. ¶ Quæ ſunt regularia? Quæ ſecundũ cõmunem formam uerborum declinãtur, ut amo, doceo. ¶ Quæ ſunt plena uerba? Quæ non deficiunt neq; perſonis, neq; numeris, ut amo, doceo. ¶ Quæ ſunt deficientia

ficientia siue defectiua? Quæ deficiunt uel numeris, uel personis, uel modis, ut aiunt, nocteſcit, dieſcit, & similia exceptæ actionis, ut forem, faxo.

Genera uerborũ quot sunt? Quinq;, Quę? Actiua, Passiua, Neutra, Deponentia et communia. Actiua quæ sunt? Quę in o desinunt & accepta r litera, faciunt ex se passiua, ut Lego, Legor. Passiua quæ sunt? Quæ in r desinunt, & ea dempta redeunt in actiua, ut legor, lego. Neutra quæ sunt? Quæ in o desinunt, ut actiua, sed accepta r litera, latina non sunt, ut sto, curro. Nam stor curror, non dicitur. Sunt prętera neutro passiua, ut gaudeo, gaudes, gauisus sum. Soleo, soles, solitus sum. Fio, fis, factus sum. Mœreo, mœres, mœstus sum. Deponentia quæ sunt? Quæ in r similiter desinunt, ut passiua, sed ea dempta, latina nõ sunt, ut luctor, loquor, sequor, nascor & orior. Communia quæ sunt? Quæ in r similiter desinunt, ut deponentia, sed in duas formas cadunt, agentis & patientis, ut osculor, criminor. Dicimus enim, osculor te, & osculor à te: Criminor te, & criminor à te.

Actiua. Die einwirckung oder thun bedeuten.

Passiua. Die ein leiden bedeuten

Neutra. Keingrley/ die weder Actiua noch Passiua sind.

Deponẽtia Die ein bedeutung ablegen.

Communia Gemeine verba die da ein wirckend ding bedeuten oder ein leidens.

Quid est genus uerbi? Nihil aliud est quam significatio uerbi, quid quodq; uerbum significet. ¶ *Quotuplex est significatio? Duplex. Actiua & passiua.* ¶ *Actiua quid est? Qua uerbum regit post se accusatiuum hominis, ut amo parentes.* ¶ *Quid est Passiua?*

Quæ habet post sè ablatiuum hominis, cum à uel ab præpositione, ut amor à parentibus. ¶ *Qui autem dignoscitur genus uerbi? Ex significatione, terminatione, & constructione. Omnia enim uerba perfectam habentia declinationem, & æqualem, in o duas habent formas, actiuam scilicet, & neutralem: In or uerò passiuam, deponentalem & communem.*

Numerus. Numeri uerborum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut lego, Pluralis, ut Legimus.

Figura. Figuræ uerborum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, ut Lego, Compolita, ut negligo.

Tempus. Tempora Verborum quot sunt? Tria. Quæ? Præsens, ut Lego. Præteritum, ut legi. Futurum, ut legam. Quot sunt tempora in declinatione uerborum? Quinq;. Quæ? Præsens, ut Lego. Pręteritum imperfectum ut Legebam. Præteritum perfectum, ut Legi. Præteritum plusquàmperfectum, ut Legeram. Futurum, ut Legam.

¶ *Quid est tempus? Est cùm in uerbo quæritur, quando quid dictum aut factum sit.* ¶ *Accidit autem uerbo diuersi actus significationem accommodatam.* ¶ *Amo cuius temporis? Præsentis, quia præsens tempus designat. Rem enim nunc esse uel fieri præsens tempus designat.* ¶ *Amabam cuius temporis? Præteriti imperfecti, quia rem fuisse inceptam significat, nondum tamẽ perfectam.* ¶ *Amaui cuius temporis? Præte-*

rit

riti perfecti, quia rem perfectè actã significat. ¶ Amaueram cuius temporis? Præteriti plusquàmperfecti, quia rem perfectam diutile præterijsse significat.

¶ Amabo cuius temporis? Futuri, quia rem futuram esse significat.

Tempus præsens, anzeigt ein ding, das jetzt gegenwertigklich geschicht, &wenn man ein ding jetzt thut.

Præteritum imperfectum, &wenn ein ding nit gantz vergangen ist.

Præteritum perfectum, &wenn ein ding vergangen oder geschehen ist.

Præteritum plusquàmperfectum, &wenn ein ding vor langst vergangen, oder geschehen ist.

Futurum, &wenn ein ding zukünfftig ist, oder geschehen wirdt.

Personæ Verborum quot sunt? Tres. Quæ? Prima, ut Lego. Secunda, ut Legis. Tertia, ut Legit. Persona. Die person.

Quid est persona? Est rationalis substantia, qua sermo exercetur. ¶ Quid est prima persona? Quæ loquitur, & cui additur Pronomen primæ personæ. ¶ Quid est secunda persona? Cui loquimur, & cui additur pronomen secundæ personæ. ¶ Quid est tertia persona? De qua fit sermo, & cui additur pronomen uel nomen tertiæ personæ. ¶ Amo cuius personæ? Primæ, quia attribuitur rei de se loquẽti. ¶ Amas cuius personæ? Secundæ, quia tribuitur rei ad quam fit sermo. ¶ Amat cuius personæ? Tertiæ, quia attribuitur rei de qua fit sermo. Eius notæ sunt: Ich/wir. Du/jr. Der/die.

DE ADVERBIO.

Aduerbiũ. Das beywort oder ein anhang des verbi.

ADuerbium quid est? Pars orationis, quæ adiecta uerbo significationem eius explanat atq; implet.

¶ *Quare post uerbum mox sequitur Aduerbium? Quoniam nunquam à uerbo recedit. Aduerbium enim sine uerbo nunquam ponitur, sed uerbũ sine aduerbio sæpe quia uerbum non ubiq; indiget aduerbio. Vnde dicitur aduerbiũ? Ab ad, id est iuxta, & uerbum, quia iuxta uerbum ponitur, ut declaret eius significationem.* ¶ *Quomodo id fit? Quia uerbum significat ipsam rei actionem, ut amare, uiuere, hanc adiecto aduerbio explanamus aut implemus, hoc est perfectius exprimimus, sic dicimus, pudicè amare, & benè uiuere.* ¶ *Quis est usus aduerbij? Vt perficiẽdæ & ornandæ significationis gratia, uel uerbo, uel alteri parti additur.* ¶ *Vnde deriuantur aduerbia? Sunt aduerbia quæ à se nascuntur, & dicuntur primitiua, ut Clam. Sunt aduerbia, quæ ab alijs ueniunt, & dicuntur deriuatiua, ut clanculum.* ¶ *Vnde ueniunt aduerbia deriuatiua? A nomine proprio & appellatiuo, ut homericè, fœliciter. A pronomine, ut huc. A uerbo, ut sensim, cursim. A nomine & uerbo, ut pededentim. A participio, ut negligenter. A præpositione, ut intro.* ¶ *Penes quid aduerbia dignoscũtur? Ex Donati enumeratione fideli, ac usu quotidiano deprehenduntur.*

Aduer-

Aduerbio quot accidunt? Tria. Quæ? Significatio, Comparatio, & figura, Significatio aduerbiorum in quo est? Quia sunt aduerbia aut loci, aut temporis, aut numeri, aut negandi, aut affirmandi, aut demonstrandi, aut optandi, aut hortandi, aut ordinis, aut interrogandi, aut similitudinis, aut qualitatis, aut quantitatis, aut dubitādi, aut personalia, aut uocandi, aut respondendi, aut separandi, aut iurādi, aut eligendi, aut cōgregandi, aut prohibendi, aut euentus, aut comparandi.

Accidentia Significatio atque adeo Ipsa aduerbij natura.

¶ *Hodie cuius significationis? Temporis, quia per ipsum tempus significamus.* ¶ *Significationes aduerbiorum quot sunt? Ignoratur numerus, neq; enim omnes ponit Donatus.*

Da aduerbia loci? ut hic, uel ibi, illic, inde, intro, uel foras.

Die ein stat oder ort an anzeigen.

Da temporis? ut hodie, heri, nunc, nuper, cras, aliquando, olim, iam, tunc, cum, dum, mane, sero, semper.

Die ein zeit bedeuten.

¶ *Quæ à Grammaticis his adijciuntur? Modo, pridem, iampridem, dudū, iamdudum, iaminde, iamolim, olim iam, quodam, & olim quondam, diu, iamdiu: & tamdiu, diu noctuq;, dies & noctes, interdiu, aliquandiu, antehac, posthac, antea, postea, nudiustertius, nudiusquartus, perendie, pridie, postridie, meridie, quotidie, indies, & indiem, quot mensibus, quotannis, uesperi, diluculo, crepusculo, ætati, hyeme, quando, si-*

quãdo, nequando, quantisper, aliquantisper, tantisper, nondum, nec dum, tum, quousq;, usq;quo, interea & interim, dehinc, exinde, deinde, mox, illico, propediẽ, confestim, statim, actutum, quamprimum, exemplo, post, postquam, posteaquam, ut, simul, ac, tandem, paucis post diebus, raptim, saltim, cursim, subito, repente, cito, celeriter, de improuiso, de repẽte, protinus, continuo, ubiuis, unquam, nunquam, nonnunquam, interdum, temporis punctum, interea loci dictum, factum.

Die eim zal bedeuten.

Da numeri: ut semel, bis, ter, quater.

Et quæ ad hanc significationem pertinent similia: Numeralia, scilicet, iterum, quinquies, sexies, nouies, decies, uicies, tricies, octogies, nonagies, centies, ducenties, trecenties, quadringenties, & usq; ad milies, quoties, toties, aliquoties, duntaxat, plerunq;, sæpe, sæpenumero, & sæpius, subinde, adde bifariam, multifariam, simpliciter, dupliciter.

Die nem/ oder verleugnen bedeutẽ.

Da Negandi: ut haud, non, necp.

¶ Quæ sunt his addenda? Parum, Secus, minime, minime gentium, nequaquam, neutiquam, falso, nihil, & nullus pro non, nullo modo, ut non, ut ne, ut ni, quo minus. fabulæ, logi, somnia, necne, nullatenus.

Damit man sie sagt.

Da affirmandi: ut etiam, quid ni, certe.

¶ Quæ sunt his similia? Næ, ita, ita est, sic est, sic erit, hoc ipsum, istucipsum, recte, recte sane, probe, rectißime, uerißime, planissime, maxime, id scilicet, sane quidem, nisi, si, cur, non, nempe, quippe, ut pote, profecto.

cto, scilicet, uidelicet, plane, licet, illicet, nimirum, quia istic quid istuc.

Da demonstrandi: ut En, Ecce. Damit man anzeigt.

¶ Quæ sunt huic significationi similia? Ecce autem, ellum, ellam, ellum, ellos, eccum, eccam, eccum.

Da optandi: ut Vtinam, ò si. Damit man wündscht.

¶ Quæ sunt huic similia? O utinam, ô ut, uel uti, idem enim sunt si & si, quam si, nunc, ah, oh, optato adueni, precario, quid si.

Da Hortandi: ut Eia, age. Damit man vermanet.

¶ Quæ sunt hic addenda? Eia, agite, agedum, agite dum, euge, nonnunquã, et dum adiectitia, ut adesdum.

Da Ordinis: ut inde, deinde, deinceps. Die ein ordnung bedeuten.

¶ Quæ istis accedunt? Primò, secundò, tertio, primum, secundum, tertium, primum iam, iamprimum principio, denuò, præterea, porrò, rursum & rursus, obiter, hinc ante, prius, tandem, deinde, postremũ, postremum, nouissime, dehinc, inte, readem, postea.

Da interrogandi: ut Cur, quare, quamobrem. Damit man fraget.

¶ Quæ sunt his similia? Quapropter, qua de re, nõ, nonne, an ne, num minimè, minimum, quid ita, quando, ubi, quo, quorsum, qua, qui, quomodo, & quopacto, utrò, quin, pro, cur non.

Da similitudinis: ut quasi, ceu, sicut, si, cuti, uelut, ueluti, tanquam, ut, uti. Die ein gleichnuß bedeuten.

¶ Quæ sunt huc referenda? Ita, itaq; atq;, adeo, perinde, ac si, proinde, quasi, item, itidem, similiter,

liter, itentidem, prout, ſic, quemadmodum, ſuatim, caninè, paternè, mutuo, inuicem, uiciſſim, alternis, quàm non aliter, haud ſecus, haud aliter, ac eo modo, eo pacto, inſtar.

Die ein geſchicklichkeit anzeigen.

Da qualitatis? ut docte, pulchre, fortiter, uiriliter, bene, male.

¶ Quæ ſunt his ſimilia? Indulgenter, diligenter, ſapiẽter, inſipienter, utiliter, fœliciter, audacter, difficulter, dure & duriter, large & largiter, humane & humaniter, firme & firmiter, expedite, uerecũde, ridicule, ſublime, toruum, conſulto, auſpicato, manifeſte, merito, peregre, abunde, rite, fronte, uſui, honori.

Die ein gröſſe oder vile anzeigen.

Da quantitatis? vt multum, parum, modicum, nimium, minimum, valde.

¶ Quæ ſunt his ſimilia? Parumper, plus, plurimum, ſatis, unde ſatius, id eſt melius, tantum, tantummodo, minus, nimis, amplius, ualde pro ualide, magnopere, tantopere, impenſe, impendio, oppido, uſq; adprime, abunde, abundanter, affatim, paulatim, ubertim, multis modis, miris modis, mirum in modum, mire. Et per, in compoſitione, perparce, percare, tam, quàm, maxime.

Die ein zweiffel bedeuten.

Da dubitandi? vt forſan, forſitan, fortaſſis vel fortaſſe, fortuito.

¶ Quæ huc pertinent? An ob, ne geminatum & encliticum, anne, utrum ob, fors, forſit, mirum an, miror ubi ſit, forte.

Da

Da personalia? ut mecum, tecum, secum, nobiscum, uobiscum. Die ein person anzeigē.

Quæ sunt his similia? Meatim, tuatim, suatim, nostratim, uestratim.

Da uocandi? ut ô Heus. Damit man ruffet.

¶ *Da consimilia? Eho, ehodum, ò Clitipho, ó Dane, hem, suntq; interdum interiectiones.*

Da respondendi? ut Hem. Damit man antwort.

¶ *Da his similia? Quid uis? Quid tu tibi uis? quid ais, quis me uocat? quis est qui me? qui homo? quid hic uult.*

Da separandi? ut seorsum, retrorsum. Die ein absonderung bedeuten.

¶ *Quæ sunt his similia? Sigillatim, separatim, bifariam, omnifariam, priuatim, præsertim, secus, cuius comparatiuus secius pro minus, & tardius, secreto, rursus.*

Da iurandi? ut ædepol, castor, hercle, medius, fidius. Damit man schweret.

¶ *Quæ sunt his similia? Hercule, me hercle, hercules, me hercule, ecastor, me castor, percastor, pol, per pol, per Iouem, itame Dij bene ament. Simile est illud uulgare: Sic me Deus adiuuet.*

Da eligendi? ut potius, imò. Die ein erwehlung bedeuten.

¶ *Da his similia? Quæ potius, satius, melius, imò, uero, & quidem, & ac pro quàm. Aliud respondes ac rogo.*

Da congregandi? ut simul, una, pariter. Die ein versamlung bedeuten.

¶ *Da his similia. Vna cum, simul, pariter, & cum patre,*

patre, ſumma cum libertate, uiritim, hoſtiatim, ſummatim, generatim, unciatim, tum tum, & &, Partim partim, ſimul ſimul, uel coniunctio dum ſignificat etiam, uel oculum exculpe, uel hoc quis non credat.

Damit man verbeut.

Da prohibendi? ut ne.

¶ Da ſimilia? Nam ne coniunctio corripitur, neue & neu per Apocopen.

Die eim zufall bedeutē.

Da Euentus? ut Forte, fortuito.

¶ Quæ ſunt his ſimilia? Forte fortuna, caſu, fato, fataliter, uirgula diuina, ſorte.

Damit man vergleicht.

Da comparandi? ut Magis, minus, uel tam, quam, maximum, minimum.

Quæ ſunt his ſimilia? Plus, doctius, melius, potius. & omnes comparatiui aduerbiales à nominum neutro genere tranſpoſiti in us. ¶ Sunt ne aliæ ſignificationes aduerbiorum? Sunt, ut ſuperlatiua, intendendi, remittendi, diminutiua, precandi, excludendi, concedendi. ¶ Da ſuperlatiua? ut Maxime, prudentiſſime, doctiſſime, elegantiſſime, optime, perſæpe. In um, potiſſimum. ¶ Da intendendi? ut Sæpe, minus, nimium, nimio, nimis, quàm, prorſus, prorſum, omnino, mordicus, protinus, ſat & ſatis, neceſſario, neceſſe eſt, penitus, funditus. ¶ Da remittēdi? ut Vix, ferè, penè, ægrè paulatim, propè, ſenſim, pedetentim, & ſuſpenſo gradu, paſſim, placidè, ſponte, impunè, propemodum, furtim, clam, uellicatim. ¶ Da diminutiua, ut: Clanculum, bellè, perbellè, duriuſculè, longiuſculè, meliuſculè. ¶ Da precandi? ut Sodes, amabo, penultima longa,

ga, quæ & interiectiones dicimus. ¶ Da excludendi? ut: Tantum, tantummodo, dũtaxat, ſolum, pax. ¶ Da concedendi? ut: Eſto, ſanè.

Comparatio aduerbiorum in quo eſt? In tribus gradibus comparationis: ſcilicet, poſitiuo, comparatiuo & ſuperlatiuo. Da aduerbia poſitiui gradus, ut docte. Da comparatiui gradus, ut doctius. Da ſuperlatiui gradus, ut doctiſsimum uel doctiſsime. *Comparatio.*

¶ *Comparatur ne hodie? Non, quia non deſcendit à nomine comparabili.* ¶ *Comparatur ne docte? Etiam, quia deſcendit à nomine adiectiuo comparabili, ut: docte, doctius, doctiſsimum uel doctiſsime.*

Figuræ aduerbiorum quot ſunt? Duæ. Quæ? Simplex, ut docte, prudenter. Compoſita, ut indocte, imprudenter. Aduerbia localia ſunt hæc: uel in loco, uel de loco, uel ad locum, uel per locum. Sed in loco, uel de loco eandem ſignificationem habent, ut intus ſum, intus exeo, foris ſum, foris uenio. Ad locum autem & per locum aliam ſignificationem habent, ut intrô eo, foras exeo. De intus autem & deforis ſic non dicimus. Quomodo nec dicimus, ad foras, uel in foras. Per locum autem, ut: hac, illac, iſtac. *Figuræ.*

¶ *Aduer-*

In loco. Die bedeutẽ an einem ort.

Aduerbia localia quot habent differentias? Quatuor. *In loco, de loco, ad locum, per locum?* ¶ Da aduerbia loci, quæ *in loco* significant: ut hic, ibi, illic, istic intus, foris, ibi, ibidem, alibi, alicubi, sicubi, necubi, ubi, ubiq;, ubilibet, ubicunq;, superius, inferius, primo, secũdo, tertio, quarto, supra, infra, ubiuis, longe, prope, procul, ubiubi, ubiq; gentium, Penitus, usquam, nusquam, coram, præsto, peregre, Romæ, Lypsiæ, Noribergæ, Augustæ, Carthagini, Venetijs, belli, militiæ, domi, ruri. ¶ Da aduerbia quæ significant *de loco*, ut hinc, isthinc, illinc, intus, foris, sicunde, necũde, undiq;, alicunde, undecunq;, utrinq;, superne, inferne, cœlitus funditus, radicitus, unde, undelibet, undeuis, inde peregre, intidem, aliunde, stirpitus, diuinitus, humanitus, eminus, cominus, pone, Parento, Mantua profectus est, Noriberga discessit. Da aduerbia quæ significant *ad locum*? Huc, illuc, istuc, eo, quo, aliquo, siquo, quocunq;, intro, foras, nusquam, nequo, utroq;, quoquo, quouis gentium, quorsum, aliquorsum, deorsum, & deorsum uersus, uel uersum, sursum, & sursum uersus dextrorsum, uel dextrouersum, sinistrorsum, uel leuorsum, horsum, uel horsum uersum, istorsum, illorsum nequorsum, utroq; uersum, quoquo uersum, aliorsum, usquam, nusquam, ultro, citroq; quousq;, uel usq; quo, hactenus, quatenus, eatenus, hucusq; illucusq;, eousq;, usq;, Miletũ usq; processit. ¶ Da aduerbia quæ significant *per locum*, ut hac illac, istac, nequa, siqua, aliqua, utraq;, ea eadem, qua quacunq; alia recta.

De loco. Diſe bedeutẽ von einem ort.

Ad locum. Diſe bedeutẽ zu einem ort oder ſtelle.

Per locum. Diſe bedeutẽ durch einen ort oder ſtelle.

DE PARTICIPIO.

PArticipium quid est? Pars orationis, partem capiens nominis, partemq; uerbi. Recipit enim á nomine genera & casus: â uerbo tempora & significationes: ab utroq; numerum & figuram. Das mit genoß.

¶ *Quomodo se habet participium ad uerbum & nomen? Ceu medium quiddam, nam et casus habet, sicut nomina, & tempora, constructionemq; sicut uerba, unde etiam præteritum uerbi passiui supplet.* ¶ *Vnde dicitur participium? A partem capiendo, quasi participium, quoniam partem capit nominis, partemq; uerbi, & partem ab utroq;.* ¶ *Vnde dignoscitur participiũ? Ex terminatione & eius significatione.* ¶ *Quot sunt terminationes participiorum? Septem. Ans, ut Amans. Ens, ut Legens. Tus, ut Lectus. Sus, ut uisus. Xus, ut pexus. Rus, ut amaturus. Dus, ut amandus. Mortuus singulare est.*

Participio quot accidunt? Sex. Quæ? Genus, Casus, Tempus, Significatio, Numerus & Figura. Genera Participiorum quot sunt? Quatuor. Quæ? Masculinum, ut hic lectus. Fœmininum, ut hæc lecta. Neutrum, ut hoc lectum. Omne ut hic & hæc & hoc legens. Genus.

Casus participiorum quot sunt? Sex. Quis? Casus.

Nominatiuus, ut hic & hæc & hoc legens. Genitiuus, ut huius legentis. Datiuus, ut huic legenti. Accusatiuus, ut hunc & hanc legentem & hoc legens. Vocatiuus ut ô legens. Ablatiuus, ut ab hoc & ab hac & ab hoc legente uel legenti. Tempora participiorum quot sunt? Tria. Quæ? Præsens, ut legens. Præteritum, ut lectus. Futurum, ut lecturus, uel legendus.

Amans. ¶ *Amans cuius temporis? Præsentis & præteriti imperfecti.* ¶ *Quæ participia sunt præsentis & præteriti imperfecti temporis? Omnia quæ desinunt in ns. ut amans, legens.* ¶ *Quomodo exponuntur? Per uerbum præsentis temporis & præteriti imperfecti, & qui, quæ, quod, ut amans, qui amat, uel qui amabat.*

Amatus. ¶ *Amatus cuius temporis? Præteriti perfecti & plusquàmperfecti.* ¶ *Quæ sunt præteriti perfecti & plusquàmperfecti temporis? In tus, sus, xus, omnia.* ¶ *Quomodo exponuntur? Per præteritum passiuum perfectum & plusquàmperfectum, & qui, quæ, quod, ut amatus est uel fuit, uel qui amatus erat uel fuerat.*

Amaturus. ¶ *Amaturus cuius temporis? Futuri.* ¶ *Quæ sunt futuri temporis? Omnia in rus & dus.* ¶ *Quomodo differunt? In rus actiuè & neutraliter significant. In dus uerò passiuè.* ¶ *Quomodo exponuntur participia futura in rus? Per uerbum actiuum futuri temporis, & qui, quæ, quod, ut amaturus, qui amabit.* ¶ *Quomodo exponuntur participia futura in dus? Per uerbum futurum*

rum passiua uocis, & qui, quæ, quod, ut amandus, id est, qui amatur. ¶ Quare inuenta sunt participia, Participia cum tamen idem per uerbum possimus præstare? Maxime ob orationis concinnitatem & breuitatem, ne totiens relatiuis, aduerbijs, coniunctionibus nobis opus sit, & ne eadem semper sit orationis facies. ¶ Exponuntur ne uel aliter participia? Maximè. Nam per relatiuum, qui, quæ, quod, est uulgaris expositio, sed interim resoluuntur in sua uerba, & dum, uel ut, uel postquã, uel &, uel quoniam, uel cum, & simili, ut Præceptore legente discunt discipuli, id est, dum legit præceptor. ¶ Vnde formantur participia in ns? A præterito imperfecto uerbi sui, bam uel bar in ns conuerso, ut: legebam, legens, osculabar, osculans. Præteribam, iens, quibam, quiens, ubi bam mutatur in ens. ¶ Vnde formantur participia in tus, sus, xus? Ab ultimo supino uerbi addendo s: ut amatu amatus, pexu, pexus, uisu, uisus. ¶ Vnde formantur participia in rus? Ab eodem ultimo supino addendo rus, ut amatu amaturus, uisu uisurus. ¶ Vnde formantur participia in dus? A genitiuo singulari participiorum m ns, tis in dus conuerso, ut amantis amandus.

Formatio.

Significationes Participiorum in quo sunt? Quia ab actiuo uerbo duo participia ueniunt, Præsens & Futurum, ut legens, lecturus. A Passiuo quot? Duo. Præteritum & Futurum, ut lectus, legendus. A Neutro quot? Duo, sicut ab Actiuo, Præsens & Futurum,

Significatio.

Das bedeuten vnd seine Kraft.

turum, ut ſtans ſtaturus. A Deponenti quot? Tria. Quæ? Præſens, Præteritum & Futurum, ut loquens, locutus & locuturus. A communi quot? Quatuor. Quæ? Præſens Præteritum, & duo Futura, ut criminans, criminatus, criminaturus, & criminandus.

¶ *Quid eſt ſignificatio in Participio? Id quod genus in uerbo.* ¶ *Quot ſunt ergo ſignificationes participiorum? Quinq;. Actiua, Paſſiua, Neutra, Deponens & Communis.* ¶ *Quæ participia ſunt ſignificationis Actiuæ? Quæ à uerbis actiui generis deſcendunt.* ¶ *Quot participia deſcendũt ab actiui generis uerbo? Duo. Præſens in ns, & futurum in rus.* ¶ *Quæ participia ſunt ſignificationis paſſiuæ? Quæ à uerbis paſſiui generis deſcendunt.* ¶ *Quot participia deſcendunt à uerbis paſſiui generis? Duo. Præteritum in tus, uel xus uel ſus, & futurum in dus.* ¶ *Quæ participia ſunt ſignificationis neutralis? Quæ à uerbis neutri generis deſcendunt.* ¶ *Quot participia deſcendunt à uerbis neutri generis? Duo. Præſens in ns, & futurum in rus.* ¶ *Quæ neutra habent quatuor participia? Quæ habent paſſiuum in tertia perſona, ut Semino, Aro, Tundo. Arans araturus, aratus, & arandus.* ¶ *Quæ neutra habent tria participia, ſcilicet, Præſens, Præteritum & futurum in rus? Prandeo, cœno, mœreo, nubo, iuro, quieſco, placeo, pateo, titulo, gaudeo, fio, ſoleo, audeo, aſſueſco: ut Prandens pranſus pranſurus.* ¶ *Quæ participia ſunt ſignificationis deponentis? Quæ à uerbis Deponentis gener. s deſcendunt.*

dunt. ¶ A deponentibus uerbis quot descendunt partî cipia? Tria. Præsens in ns, præteritum in tus, & futurum in rus, ut Sequens secutus secuturus. ¶ Quæ deponẽtia habent quatuor participia? Quæ fuerunt olim communia, ut: Loquendus, utendus, sequendus. ¶ Quot participia sunt significationis communis? Quæ à uerbis communis generis descendunt. ¶ Quot participia descendunt à uerbis communis generis? Quatuor. Præsens, Præteritum, & duo futura in rus & dus, ut Largiens largitus largiendus largiturus. ¶ Quomodo differunt? In ns & rus significant tantum actiuè, in dus tantum passiuè. Præteriti autem temporis significant actiuè & passiuè, ut largitus, qui donauit, & qui donatus est.

Numeri Participiorum quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut hic legens. Pluralis, ut hi legentes. *Numerus.*

Figuræ Participiorum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, ut Legens. Composita, ut Negligens. *Figura.*

¶ Amans cuius numeri? Singularis, quia singulariter profertur. ¶ Amantes cuius numeri? Pluralis, quia pluraliter profertur. ¶ Amans cuius figuræ? Simplicis, quia simpliciter profertur. ¶ Deamans cuiꝰ figuræ? Decompositæ, quia à composito deriuatur, quod est deamo. Omne enim quod deriuatur à composito, dicitur decompositum. ¶ Quid est declinatio participiorum? Participia omnia ad declinationes nominũ pertinent,

tinent, declinantur enim ſicut illa. ¶ *Amans eſt tertiæ declinationis, & omnia participia in ns. Alia in us & um ſecundæ. In a ſunt primæ.*

¶ *Da paradigma participiorum actiuorum & neutrorum in ans uel in ens finientium.*

Einer der da lyſet/oder laß.

LEgens Participium, ueniens à Verbo Actiuo, Temporis Præſentis, Generis Omnis, Numeri ſingularis, Figuræ ſimplicis, Caſus Nominatiui & Accuſatiui, & Vocatiui, quod declinabitur ſic: Nominatiuo hic & hæc & hoc Legens. Genitiuo huius legentis. Datiuo huic legenti. Accuſatiuo hunc & hanc legentem & hoc legens. Vocatiuo ô legens. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc legente, uel legenti. Et pluraliter. Nominatiuo hi & hæ legentes, & hæc legentia. Genitiuo horum & harum & horum legentium vel legentium. Datiuo his legentibus. Accuſatiuo hos & has legentes, & hęc legentia. Vocatiuo ô legentes & ô legentia. Ablatiuo ab his legentibus.

Da quoq; paradigma participiorum actiuorum aut neutrorum futuri temporis in rus.

Einer der da leſen wirdt.

LEcturus Participium, veniens à Verbo Actiuo, Temporis Futuri, Numeri ſingularis,

gularis, Figuræ ſimplicis, Caſus Nominatiui quod declinabitur ſic: Nominatiuo hic lecturus, hæc lectura, hoc lecturum. Genitiuo huius lecturi, lecturæ, lecturi. Datiuo huic lecturo, lecturæ, lecturo. Accuſatiuo hunc lecturum, hanc lecturam, hoc lecturum. Vocatiuo ô lecture, lectura, lecturum. Ablatiuo ab hoc lecturo, ab hac lectura, ab hoc lecturo. Et pluraliter. Nominatiuo hi lecturi, hæ lecturæ, hæc lectura. Genitiuo horum lecturorum, harum lecturarum, horum lecturorum. Datiuo his lecturis. Accuſatiuo hos lecturos, has lecturas, hæc lectura. Vocatiuo ô lecturi, lecturæ, lectura. Ablatiuo ab his lecturis.

¶ Da paradigma Participiorum Paſſiuorum & Deponentium præteriti temporis in tus, ſus, aut xus, finientium.

Einer von den geleſen iſt.

LEctus participium veniens à verbo paſſiuo, temporis præteriti, Numeri ſingularis, Figuræ ſimplicis, Caſus Nominatiui, quod declinabitur ſic: Nominatiuo hic Lectus, hæc lecta, hoc lectum. Genitiuo huius lecti, lectæ, lecti. Datiuo huic lecto, lectæ, lecto. Accuſatiuo hunc lectum, hanc lectam, hoc lectum. Vocatiuo ô lecte, lecta, lectum.

Ablatiuo ab hoc lecto, ab hac lecta, ab hoc lecto. Et pluraliter. Nominatiuo hi lecti, hæ lectæ, hæc lecta. Genitiuo horum lectorum, harum lectarum, horum lectorum. Datiuo his lectis. Accusatiuo hos lectos, has lectas, hæc lecta. Vocatiuo ô lecti, lectæ, lecta. Ablatiuo ab his lectis.

¶ *Da quoq; paradigma Participiorum Passiuorum & communium uerborum futuri temporis in dus finientium.*

Einer der da sol oder wirt gelesen werden.

LEgendus participium ueniens à Verbo Passiuo, Temporis futuri, Numeri singularis, figuræ simplicis, Casus Nominatiui, quod declinabitur sic : Nominatiuo hic legendus, hæc legenda, hoc legendum. Genitiuo huius legendi, legendæ, legendi. Datiuo huic legendo, legendæ, legendo. Accusatiuo hunc legendum, hanc legendam, hoc legendum. Vocatiuo ò legende, legenda, legendum. Ablatiuo ab hoc legendo, ab hac legenda, ab hoc legendo. Et pluraliter. Nominatiuo hi legendi, hæ legendæ, hæc legenda. Genitiuo horum legendorum, harum legendarum, horum legendorum. Datiuo his legendis. Accusatiuo hos legendos, has legendas, hæc legenda. Vocatiuo ô legendi,

gendi, legendæ, legenda. Ablatiuo ab his legendis.

DE CONIVNCTIONE.

Coniunctio quid est? Pars orationis, annectens ordinansq; sententiam. *Coniunctio. Das bandt das anknüpfet/ vnd den sententz ordnet*

Coniunctioni quot accidunt? Tria. Quæ? Potestas, Figura & Ordo.

¶ *Vnde dicitur Coniunctio? A coniungendo, quod coniungat elocutionem. Nam si quis dicat:* Ego tu eamus, *dissidet locutio: si interpono* &, *dicens:* Ego & tu eamus, *incipit cohærere.* ¶ *Ad quid conducit coniunctio? Multum conducit ad rectè connectendam orationem. Coniungit enim vim & ordinem orationis. Inde etiam nomen meruit, quia pro vinculo interponitur orationi, quoniam laxum & diffusum sermonem more cathenæ interpositæ deuincit atq; connectit.* ¶ *Penes quid coniunctiones cognoscuntur? Ex Donati enumeratione fideli ac usu quotidiano.*

Potestas Coniunctionum quot species habet? Quinq;. Quas? Copulatiuas, Disiunctiuas, Expletiuas, Causales, & Rationales.

Da Copulatiuas, ut &, quæ, quoq;, at, atq;, ac, ast. *Die zusamen fügen.*

Da Disiunctiuas, ut, aut, ue, uel, ne, nec, an, neq;. *Die von einander scheiden.*

Die den sententz auffüllen/ oder die rede schmücken.

Da Expletiuas, ut quidem, equidem, sal-
tem, uidelicet, quam, quamuis, quocꝫ, autem,
porro, licet, tamen, ueruntamen.

Die ein vrsach fürwenden.

Da Causales, ut si, etsi, etiamsi, siquidem,
quando, quandoquidem, quin, quinetiam,
quatenus, sin, seu, siue, neu, neue, nam, namꝙ
ni, nisi, nisisi, ne, sed, interea, quamobrem,
præsertim, item, itemꝙ, cæterum, alioquin,
præterea.

Die ein vrsach anzeigẽ warumb.

Da Rationales, ut ita, itaꝙ, enim, etenim,
enimuero, quia, quapropter, quoniam, quo-
niamquidem, quippe, nempe, ergo, ideo, igi-
tur, scilicet, videlicet, propterea, idcirco.

¶ *Potestas quid est?* Nihil aliud est, quàm ipsius coniunctionis significatio. ¶ *Et cuius specici siue potestatis?* Copulatiuæ, *quia copulat tam sensum quàm uerba, ut ego & tu eamus.* ¶ *Vel cuius potestatis?* Disiunctiuæ, *quia dictiones connectens, sensum disiungit, ut uel est sanus, uel est æger. Oportet enim unum esse uerum, alterũ falsum: aut est dies, aut est nox.* ¶ *Quidem cuius potestatis?* Expletiuæ, *quia explet, id est, explanat sensum, & aliquando sola festiuitatis gratia ponitur.* ¶ *Nam cuius potestatis?* Causalis, *quia rei causam demonstrat.* ¶ *Ergo cuius potestatis?* Rationalis, *quia rei rationem demonstrat.*

Figura. Figuræ coniunctionum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, ut nam. Composita, ut namꝙ

namq;. Ordo Coniunctionum in quo est? Quia aut præpositiuæ coniunctiones sunt, vt, at, ac, ast. Aut subiunctiuæ, vt que, ne, ue. Aut communes, vt ergo, ideo, igitur.

¶ *Quid est ordo in Coniunctione? Est modus præponendi & postponendi coniunctiones.* ¶ *Quot sunt ordines coniunctionum? Tres. Qui? Præpositiuus, subiunctiuus, communis.* ¶ *Da coniunctiones præpositiui ordinis?* Ac, at, ast, atq;, aut, &, uel, nec, neq;, si, quin, quatenus, sin, seu, siue, nisi, ni ¶ *Quare dicuntur præpositiui ordinis? Quia semper in oratione præponuntur.* ¶ *Da subiunctiui ordinis?* Que, ne, ue, uero, quoq;, autem, quidem. ¶ *Quare dicuntur subiunctiui ordinis? Quia subiungũtur in orationis ordine.* ¶ *Da coniunctiones communis ordinis?* Cæteræ ferè omnes præter supra dictas, ut Equidem, igitur, tamen, ergo, quanquam, quoniam. ¶ *Quare dicuntur communes? Quia in orationis ordine & præponi & postponi possunt.* ¶ *Que qualis coniunctio? Enclitica siue inclinatiua.* ¶ *Quot sunt coniunctiones encliticæ. Tres, Que, ne, ue, quia præcedentem syllabam extollunt, ipsæ autem inclinantur.*

Da man in der rede vor setzt.

Die man in der rede nachsetzt.

Die man vor oder nach setzt.

DE PRAEPOSITIONE.

Præpositio

PRæpositio quid est? Pars orationis, quæ præposita alijs partibus in oratione, significationem earum, aut complet, aut mutat, aut minuit.

Quam

¶ Quando mutat? Quando diuersam significationem inducit, ut æquus iniquus, sapio, desipio. ¶ Quando complet? Quando perficit, augetûe significationem ut deamo, deperio, id est, ualde amo, prorsus pereo. ¶ Quando minuit? Quando de significatione partis, cui componitur, adimit, ut subtristis, subrideo, id est, parum tristis, parum rideo. ¶ Vnde dicitur præpositio? A præponendo, quoniam præponitur alijs partibus in sermone. ¶ Quot modis præponitur in sermone præpositio? Bifariam. Per appositionem & compositionem. ¶ Per appositionem quando? Quando non est una pars orationis cum apposita dictione, ut penes me situm est. ¶ Quando per compositionem? Quando cũ addita dictione est una pars, ut iniquus. ¶ Penes quid præpositiones dignoscuntur? Ex Donati enumeratione fideli, quia certo numero compræhenduntur.

Accidens est casus. Accusatiui casus præpositiones sunt 30.

Præpositioni quot accidunt? Vnum. Quid? Casus tantum. Quot casus? Duo. Quis? Accusatiuus & Ablatiuus. Da Præpositiones casus Accusatiui, ut, ad, apud, ante, aduersum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propter, secundum, post, trans, ultra, præter, supra, circiter, usq;, secus, penes. Quomodo?

Zum Vatter/ bey dem meyerhoff/ vom

Dicimus enim, Ad patrem, apud uillã, ante

hauß/ wider die feind/ disseyt oder hieher warts des rheins

ædes, aduersum inimicos, cis Rhenum,

disseyt oder hieher warts des marckts/ vmb die nachpauren

citra forum circum uici/

vmbher/

vmbher / vmb die Kirchen / wider die feind / gegen den
nos, circa Templum, contra hostes, erga
nechsten oder verwanoten/ ausser den grentzen / vnter den
propinquos, extra terminos, inter
schiffen/innerhalb der stadtmauren/vnter dem dach/nebē der
naues, intra mœnia, infra tectum, iuxta
metzig/oder speißmarck/vmb der weissagung willen auß der
macellum, ob augurium, (vogel geschrey.
neben dem Richterstul / durch die wand / beim fen=
pone tribunal, per parietem, prope fene=
ster/ vmb der zucht willen / neben der thür/
stram, propter disciplinam, secūdum fores,
hinter dem rucken/vber dem bach/ vber die grentzen/on das
post tergum, trans ripam, ultra fines, præter
ampt oder wider den dienst/ vber dē himel/vm̄ oder bey den
officium, supra cœlum, circiter
saren/ biß auffs hoch oder groß meer/ neben dem weg / oder
annos, usq; Oceanum, secus
am weg/ bey den schiedmennern.
uiam, penes arbitros.

Da præpositiones casus Ablatiui, ut: a, ab, *Ablatiui*
abs, cum, coram, clam, de, è, ex, pro, præ, pa= *casus præ*
lam, sine, absq;, tenus. Quomodo: Dicimus *positiones*
Vom hauß/ vom menschen / von einem jeden / mit 15.
enim: â domo, ab homine, abs quolibet, cum
einem heerzug/ vor den gezeugen/ heymlich vor den hütern/
exercitu, coram testibus, clam custodibus,
vō marck/von rechts wegen/auß der vogtey/ für die so man
de foro, è iure, ex præfectura, pro
schützen sol / für forcht/ offentlich vor jederman / on
clientibus, præ timore, palàm omnibus, sine
arbeyt/ on vnrecht/ biß an die scham.
labore, absq; iniuria, tenus pube, quod nos
dicimus

Præpositio nes utriuſque casus sunt 4.

dicimus pube tenus. Da præpoſitiones utriſ
uſq; caſus, ut in, ſub, ſuper, & ſubter. Quan⸗
do accuſatiuo caſui ſeruiunt? Quando nos
vel quoslibet ad locum ire, iſſe, vel ituros eſ=
ſe ſignificamus. Quando ablatiuo caſui ſer⸗
uiunt? Quando nos vel quoslibet in loco eſ⸗
In. ſe, vel fuiſſe, vel futuros eſſe ſignificamus. In
Accuſatiui caſus, vt: Itur in antiquam ſyl
uam. In Ablatiui caſus, ut: Stans celſa in pup⸗
Sub. pi. Sub Accuſatiui caſus, vt: Poſtesq; ſub ip=
ſos nituntur gradibus. Sub Ablatiui caſus,
vt: Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quer=
Super. cu. Super quam uim habet? Vbi locum ſig=
nificat, magis Accuſatiuo quàm Ablatiuo
caſui ſeruit. Vbi verò mentionem alicuius
rei facimus, Ablatiuo tantum, vt: Multa ſu=
per Priamo rogitans, ſuper Hectore multa,
hoc eſt, de Priamo & de Hectore. In quam
vim habet? Etiam tunc Accuſatiuo caſui
ſeruit, cum ſignificat contra, vt in adulte⸗
Subter. rum, & in deſertorem. Subter quam vim ha
bet? Eandem quam & ſuperiores ad locum
& in loco ſignificantes.

Quæ præpoſitiones ſunt, quæ à dictio⸗
nibus ſeparari non poſſunt? Vt, di, dis, re, ſe,
an, con. Quomodo? Dicimus enim: Didu⸗
co, diſtraho, recipio, recubo, amplector, con⸗
gredior.

gredior. Quæ sunt quæ coniungi non possunt? Apud & Penes. Quæ coniunguntur & separantur? Reliquæ pene omnes.

¶ *Ad cuius casus? Accusatiui, quia accusatiuo deseruit.* ¶ *Quot sunt Præpositiones, quæ tantum cum accusatiuo construuntur? Sunt triginta: Ad apud, &c.* ¶ *A cuius casus? Ablatiui, quia ablatiuo casui deseruit.* ¶ *Quot sunt præpositiones, quæ cum ablatiuo componuntur? Quindecim, ut a, ab, &c* ¶ *In cuius casus? Vtriusq;, quia utriq; deseruit, accusatiuo & ablatiuo.* ¶ *Quot sunt præpositiones, quæ nunc accusatiuo, nunc ablatiuo construi possunt? Quatuor, In sub, super, & subter. Con qualis præpositio? Inseparabilis.* ¶ *Quot sunt præpositiones inseparabiles? Sex. Quæ? Di, dis, re, se, an, con.* ¶ *Quare dicuntur inseparabiles? Quia extra compositionem nihil significant.*

DE INTERIECTIONE.

INteriectio quid est? Pars orationis significans mentis affectum voce incognita. *Interiectio* Der einwürffling.

¶ *Interiectio quare ultimo loco posita est? Quia nihil exprimit nisi affectus animi, qui raro interponuntur.* ¶ *Vnde dicitur interiectio? Ab interiacendo, quia interiacet alijs partibus in oratione, quibus in varias partes distributis, uox interiectiua profertur.*

Inter-

Interiectioni quot accidunt? Vnum.

ferretur. Et pluraliter, cum ferremur ferremini ferrentur. Præterito perfecto, cum latus ſim uel fuerim, ſis uel fueris, ſit uel fuerit. Et pluraliter, cum lati ſimus uel fuerimus, ſitis uel fueritis, ſint uel fuerint. Præterito pluſquàmperfecto, cum latus eſſem uel fuiſſem, eſſes uel fuiſſes, eſſet uel fuiſſet. Et pluraliter, cum lati eſſemus uel fuiſſemus, eſſetis uel fuiſſetis, eſſent uel fuiſſent, Futuro, cũ latus ero uel fuero, eris uel fueris, erit uel fuerit. Et pluraliter, cum lati erimus uel fuerimus, eritis uel fueritis, erint uel fuerint. Infinitiuo modo ſine numeris & perſonis, tempore præſenti, & præterito imperfecto, ferri. Præterito perfecto & pluſquàmperfecto, latum eſſe uel fuiſſe. Futuro, latum iri. Duo participia trahuntur ab hoc uerbo paſſiuo. Præteritum, ut latus. Futurum, ut ferendus.

So ich bin getragen worden.

Da ich ward getragen worden.

Wenn ich werd getragen werden.

Getragen werden.

Getragen worden ſein. Werden getragen werden.

¶ Da Coniugationem uerbi Subſtantiui Sum.

Sum verbum Anomalum & ſubſtantiuum, in Indicatiuo modo dictum, temporis præſentis, numeri ſingularis, figuræ ſimplicis, perſonæ primæ, coniugationis incon-

Ich bin. in consequens, quod coniugabitur sic: Sum es est. Et pluraliter, sumus estis sunt. Præterito imperfecto, eram eras erat. Et pluraliter, eramus eratis erant. Præterito perfecto, fui fuisti fuit. Et pluraliter, fuimus fuistis fuerunt uel fuere. Præterito plusquàm perfecto, fueram fueras fuerat. Et pluraliter, fueramus fueratis fuerant. Futuro, ero eris erit. Et pluraliter, erimus eritis erunt.

Ich war.

Ich bin gewest.

Ich war gewesen.

Ich werde oder will sein.

¶ *Futuro perfecto, Fuero ich &werde gewesen sein. Fueris, du &wirst gewesen sein. Fuerit, der wird gewesen sein. Pluraliter, Fuerimus, &wir werden gewesen sein. Fueritis, jr &werdet gewesen sein. Fuerint, die &werden gewesen sein.*

Imperatiuo modo tempore præsenti, ad secundam & tertiam personam, sis sit. Et pluraliter, simus sitis uel este sint. Futuro, esto tu, esto ille. Et pluraliter, simus estote sunto uel suntote. Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto, utinam essem esses esset. Et pluraliter, utinam essemus essetis essent. Præterito perfecto & plusquàmperfecto, utinam fuissem fuisses fuisset. Et pluraliter, utinam fuissemus fuissetis fuissent. Futuro, utinam sim sis sit. Et pluraliter, utinam simus sitis sint Coniunctiuo modo tempore præsenti, cum sim sis sit.

Bis oder sey da.

Sey du oder du solt sein.

Du solt gewesen sein.

Wolt Gott das ich wëre.

Ach das ich gewesen wëre.

Ach das ich würde sein.

Ob ich bin.

Et pluraliter, cum ſimus ſitis ſint. Præteritō imperfecto, cum eſſem eſſes eſſet. Et pluraliter, cum eſſemus eſſetis eſſent. Præterito perfecto, cum fuerim fueris fuerit. Et pluraliter, cum fuerimus fueritis fuerint. Præterito pluſquàmperfecto, cum fuiſſem fuiſſes fuiſſet. Et pluraliter, cum fuiſſemus fuiſſetis fuiſſent. Futuro, cum fuero fueris fuerit. Et pluraliter, cum fuerimus fueritis fuerint. Infinitiuo modo ſine numeris & perſonis tempore præſenti & præterito imperfecto, eſſe. Præterito perfecto & pluſquámperfecto, fuiſſe, Futuro caret. (*Sed ſecundum eruditores habet, Forte, uel futurum &werden.*) Gerundia uel perticipialia uerba ſunt hæc: Eſſendi eſſendo eſſendum. Supinis caret. Vnum participium habet, quod eſt Ens.

Da ich wäre
So ich bin geweſt.
Da ich wär geweſen.
So ich wäre ſein.
Sein.
Geweſen ſein.
Ens.
Ein ding das iſt/oder ein weſen.

¶ Da *Coniugationem uerbi* Volo.

VOlo verbum Anomalum in Indicatiuo modo dictum, temporis præſentis, numeri ſingularis, figuræ ſimplicis, perſonæ primæ, coniugationis inconſequentis quod coniugabitur ſic. Volo uis uult. Et pluraliter, uolumus uultis uolunt.

Ich wil
Præ-

Ich wolte. Præterito imperfecto, uolebam uolebas uolebat. Et pluraliter, uolebamus uolebatis uolebant. Præterito perfecto, uolui uoluisti uoluit. Et pluraliter, uoluimus uoluistis uoluerunt uel uoluere. Præterito plusquamperfecto, uolueram uolueras uoluerat. Et pluraliter, uolueramus uolueratis uoluerant. Futuro, uolam uoles uolet. Et pluraliter, uolemus uoletis uolent. Imperatiuo caret.

Ich hab gewölt.

Ich hatte gewölt.

Ich werd wöllen.

¶ At *secundum* Diomedem & Aldum *habet in Imperatiuo instantis:* Fac *uelis.* Et *pluraliter, uelimus uelitis uelint.* Futurum, *uelito uelit.* Et *pluraliter, uelimus uelitote uelint.*

Futurum non habet. Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto, utinam uellem uelles uellet. Et pluraliter, utinam uellemus uelletis uellent. Præterito perfecto & plusquàmperfecto, utinam uoluissem uoluisses uoluisset. Et pluraliter, utinam uoluissemus uoluissetis uoluissent. Futuro, utinam uelim uelis uelit. Et pluraliter, utinam uelimus uelitis uelint. Coniunctiuo modo tempore præsenti, cum uelim uelis uelit. Et pluraliter, cum uelimus uelitis uelint. Præterito imperfecto, cum uellem uelles uellet. Et pluraliter, cum uellemus uelletis uellent. Præterito perfecto, cum uoluerim

Ich das ich wolte.

Wolt Gott das ich hette gewölt.

Ach das ich wûrd wöllen.

So ich wil.

Da ich wolte.

So ich hab gewölt.

rim uolueris uoluerit. Et pluraliter, cum uo=
luerimus uolueritis uoluerint. Præterito plus=
quàmperfecto, cum uoluissem uoluisses uo= Da ich hette
luisset. Et pluraliter, cum uoluissemus uolu= gewölt.
issetis uoluissent. Futuro, cum uoluero uo= Wann ich
lueris uoluerit. Et pluraliter, cum uoluerimus werde wöllen.
uolueritis uoluerint. Infinitiuo modo sine
numeris & personis, tempore præsenti &
præterito imperfecto, uelle Præterito perfe= Wöllen.
cto & plusquàmperfecto, uoluisse, Futuro ca Gewölt haben.
ret. Gerũdia uel participialia uerba sunt hęc:
Volendi, uolendo, uolendum. Supinis caret.
Vnum participium habet, quod est uolens. Einer der da wil oder wolte.

FINIS DONATI.

DE CONIV=
GATIONE VERBO=
rum Impersonalium.

VErbum impersonale est, quod nec nu=
meros distinctos, nec personas habet.
Est autem inuentum causa ornatus & ua=
rietatis, quo sermo Latinus uberior & copio=
sior redderur. Sunt impersonalium duæ
species, actiua & passiua. Actiua est quæ ha=

bet formam & uocem actiuorum. Passiua, quæ passiuorum figuram habet. Et exponuntur per personas pronominum, ut pudet me, te, illum, sine quibus nihil significant. Impersonalia actiua trina forma terminantur, in at, et, & it.

¶ *In at finita sunt primæ coniugationis.*

Constat constitit.	Es ist am tag.
Iuuat iuuit.	Es belüstiget.
Vacat vaccauit.	Es ist gelegen.
Réstat restitit.	Es ist noch vbrig
Præstat præstitit.	Es ist besser.
Delectat delectauit.	Es gelüstet.

¶ *In et secundæ coniugationis.*

Pœnitet pœnituit.	Es gereut.
Oportet oportuit.	Es muß.
Decet decuit.	Es zimpt sich.
Tędet tęduit et pertęsũ est.	Es verdreust.
Nocet nocuit.	Es schadt.
Liquet sine præterito.	Es ist klar.
Displicet displicuit.	Es mißfalt.
Solet solitum est.	Es pflegt.
Piget piguit & pigitum est	Es thut faul.
Pudet puduit & puditũ est	Es schembt.
Miseret misertum est.	Es erbarmbt.
Placet placuit et placitũ est.	Es gefelt.
Patet patuit.	Es ist offenbar.
Licet licuit & licitum est.	Es zimbt sich.
Libet libuit & libitum est.	Es gelüstet.

¶ Bvi

¶ *In it tertiæ coniugationis.*

Incipit incepit.	Es fecht an.
Conducit conduxit	Es ist nutz
Desinit desiuit & desĩt.	Es hört auff.
Sufficit suffecit.	Es ist genug.
Contingit contigit.	Es begibt sich.
Confert contulit.	Es thut zur sachr
Prodest profuit.	Es ist nützlich.
Obest obfuit.	Es schadt.
Confit.	Es geschicht mir.
Accidit.	Es felt für.
Cœpit Cœpit.	Es fecht an.
Malefit malefactum est.	Es geschicht vbel.
Benefit benefactum est.	Es geschicht wol.
Refert retulit.	Es ist nutz.
Interest interfuit.	Es gehört zu.
Competit competit.	Es fügt sich wol.
Potest potuit.	Es kan.
Desit.	Es gebricht.

¶ *Hæc in it quartæ sunt coniugationis, in præsenti media correpta, in præterito longa.*

Cõuenit cõuẽnit.	Es bekompt oder fügt sich.
Expedit expẽdit.	Es begibt sich.
Euënit euènit.	Es ist besser.

Coniugantur autem una tantum persona, quæ apparet tertiæ personæ singularis per singulos modos & tempora. Carent tamen futuro tam imperatiui quàm infinitiui. Item

participijs utriuſq; temporis, & gerundijs atq; ſupinis quædam etiam deficiunt.

PARADIGMA.

Indicatiuo modo tempore præſenti. Pœnitet. Præterito imperfecto, Pœnitebat. Præterito perfecto, pœnituit. Præterito pluſquàmperfecto, pœnituerat. Futuro, pœnitebit. Imperatiuo modo tempore præſenti, pœniteat. Optatiuo modo tempore præſenti, & præterito imperfecto, utinam pœniteret. Præterito perfecto & pluſquàmperfecto, utinam pœnituiſſet. Futuro, utinam pœniteat. Subiunctiuo modo tempore præſenti, cum pœniteat. Præterito imperfecto, cum pœniteret. Præterito perfecto, cum pœnituerit. Præterito pluſquàmperfecto, cum pœnituiſſet. Futuro, cum pœnituerit. Infinitiuo modo tempore præſenti & præterito imperfecto, pœnitere. Præterito perfecto & pluſquàmperfecto, pœnituiſſe. Gerundia pœnitendi, pœnitendo, pœnitendum. Cæteris deficit. Pœnitens apud Terentium, ut Pœnitens facti.

Es gerewet.

¶ *Coniuga in utroq; numero.*

Me pœnitet, te pœnitet, illum pœnitet. Pluraliter, nos pœnitet, uos pœnitet, illos pœnitet, Et ſic deinceps.

¶ Impera

¶ *Impersonalia Passiua.*

Impersonalia passiuæ formæ, actionem significant, & casum passiuorum in eorum constructione habent: ut à me pugnatur, id est, ego pugno: legitur, id est, omnes legunt. Et deriuantur ab actiuis â secunda persona indicatiui, s litera abiecta, & tur addita. Et à neutris. Coniugantur tamen in tertijs tantum personis singularibus. Præterita eorum recipiunt priora supina suorum personalium, cum uerbo substantiuo, est uel fuit.

¶ *Paradigmata extant in Donato.*

Interest tamen inter infinitum passiui personalis, & infinitum impersonalis passiui refertur. Infinitum passiui personalis perfectum sensum ostendit, dum illi uerbum coniungitur, ut amari uolo. Infinitum autem impersonalis passiui, appositio etiam uerbo, tantum ablatiuum agentem requirit, ut à me amari uolo, id est, uolo amare: & â me doceri uolo, id est, uolo docere.

FORMVLA FACIEN. dæ orationis.

1. Vocatiu s inchoat Syntaxin, si in oratione fuerit.

2 Deinde quære nominatiuum, aut quod uice nominatiui ponitur.
3 Post nominatiuum accedat uerbum personale.
4 Verbum sequitur obliquus casus.
5 Aduerbiũ statim suum uerbũ sequitur.
6 Item post nominatiuum, sequitur etiam genitiuus. Et quæuis dictio recta suum regentem.
7 Præpositiones cum suis casibus construuntur.
8 Infinitiuus construitur cum uerbis uoluntarijs, uel cum adiectiuis.
9 Impersonalia inchoant constructionem sine nominatiuo.
10 Participium habet constructionem sui uerbi.
11 Interrogatiuum concordat cum responsiuo.
12 Coniunctio coniungit similes casus & modos.

REGVLAE CONSTRVctionis Generales.

DE NOMINE.

Adiectiuum & substantiuum conueniunt genere, numero, & casu, ut:

Dealbatus paries. *Mulier muta.*
Viuum cadauer:

II.

Neutra uox adiectiui genitiuum multo elegantius exigit, ut:

Multum negotij dat homini egestas.
Nil culpæ commerui.
Plurimum patrimonij decoxit.
Satis uirium habeo.
Quid turbæ inceptas?

III.

Duo nomina substantiua diuersas res significantia, ita comunguntur, ut alterum sit genitiui casus, ut:

Rumor populi uenti leuior est.
Timor Domini est initium sapientiæ.
Clementia principis laudatur.

IIII.

Duo substantiua, eandem rem significantia, coniunguntur in eodem casu.

Aurum uitæ corruptela, effoditur.
Pastor Coridon ardebat Alexin.

V.

Sæpe Adiectiuum aliud substantiuum sub intellectum respicit.

Dulce satis humor. *Triste lupus stabulis:*

Fama malum.
Varium & mutabile semper fœmina.
Turpe senex miles, turpe senilis amor.

VI.

Interrogatio & responsio eodem fiunt casu.

Quis pulsat fores? Petrus.
Cuius est funalus? Vicini.
Cui dedisti pecuniam? Paulo.
Quem autorem legis? Terentium.
Quali usus es præceptore? Literato.

Dum per uerbum quæritur, uerbo est respondendum.

Quid agitur domi? Cœnatur.
Curasti quæ iusseram? Curaui.

VII.

Relatiuum & quod ipsum præcedit, conueniunt genere, numero, & quandoq; casu.

Lectio quæ non repetitur facile transit.
Te amo, qui me defendisti.
Mihi noces, qui te plurimum iuui.
Seculum quod uiuimus, teterrimum est.

VIII.

Comparatiuus regit Ablatiuum utriusq; numeri sine præpositione.

Formosior alba hedera.
Albo coruo rarior.
Homine nihil miserius.

IX.

Super-

Superlatiuus genitiuo tantum plurali uel collectiuo singulari construitur.

Tullius omnium eloquentißimus.
Scholasticus omnium uigilantißimus.
Aurum est omnium metallorum optimum.

X.

Partitiua & quæ collectionem significant genitiuos plurales adsciscunt.

Neuter horum interfuit.
Vterq; parentum colendus est.

XI.

Quemcunq; casum regit positiuus, eundem regunt comparatiuus & superlatiuus, ab ipso descendentes.

Tu mihi carus es. Nemo te mihi charior uiuit.
Omnium mihi charißimus es.

XII.

Tam & Quàm positiuis iunguntur, sicut Tantum & Quantum.

Tam doctus quàm probus.
Tam eloquens quàm eruditus.

XIII.

Sæpe substantiuum exigit orationem adiectiualem genitiuo casu.

Vir magnæ authoritatis.
Adolescens bonæ indolis.
Scholasticus crassi ingenij.

XIIII.

Adiectiua quæ significant aliquid obti-
neri, possiderari, deesse, genitiuum exigunt.

Plenus uini *Liberalis pecuniæ.*

Satur omnium rerum.

Cupidi rerum nouarum.

XV.

Participia nomina facta, genitiuum postulant.

Amans filij. *Appetens alieni.*

Patiens operum iuuentus.

XVI.

Adiectiua culpæ seu accusandi, uel damnandi, genitiuo iunguntur.

Reus furti. *Damnatus latrocinij.*

XVII.

Verbalia in or, trix, tiuus, & siuus, post & genitiuum regunt.

Ruptor fœderis. *Effectrix boni.*

Adiutrix nostræ industriæ.

XVIII.

Adiectiua commodi & incommodi, similitudinis atq; facilitatis, datiuos adsciscunt.

Vir sapiens urbi commodus, utilis Reipublicæ.

Sermo utro sapienti congruus.

Proximus tibi. *Gratus omnibus.*

XIX.

Adiectiua, quæ certum magnitudinis mo-

dum

dum significant, Accusatiuum exigunt eius magnitudinis.

Liber crassus tres digitos.

XX.

Adiectiua nomina Accusatiuum exigunt per Synechdochen.

Mœstus uultum. *Curuus pedem.*
Venusta faciem.

XXI.

Adiectiua onerandi & exonerandi, dignus, & indignus ablatiuo construuntur.

Vacuus curis. *Dignus honore.*

XXII.

Multa adiectiua regunt Ablatiuum.

Insignis fama. *Orbus parentibus.*
Infirmus ætate. *Clarus ingenio.*
Vino grauis. *Potens armis.*

XXIII.

Adiectiua quædam exigunt Ablatiuum cum præpositione A uel Ab.

Immunis à bello. *A metu otiosus.*
Secundus ab Hercule. *Vacuus à metu.*

XXIIII.

Substantiuum frequentissime exigit orationem adiectiualem casu ablatiuo significante laudem uel uituperium.

Homo mira eloquentia.

Ado-

Adolescens compositis moribus.
Vir magna authoritate.

XXV.

Opus frequens cum ablatiuo construitur.

Opus est huic tuo consilio. Hic artis opus erit.
Cui eam rem factam opus fuerat.

XXVI.

Temporis nomina efferuntur in accusatiuo, cum durationem seu continuum tempus significant. Ablatiuo uerò cum non significant durationem.

Natus decem annos.
Non plus triduum aut triduo.
Surrexit nocte intempesta.
Media nocte clamor factus est.

XXVII.

Nominibus locorum, regionum, & prouinciarum addiuntur præpositiones, sicut & appellatiuis, siue uerbo in loco, de loco, ad locum.

Fui in domo tua. *In Sicilia.*
Venio in urbem. *Vado in Græciam.*
Ex Italia profectus est.
Proficiscor ex urbe.

REGVLAE DE CONstructione Verborum.

Verbum

I.

Verbum personale exigit ante se nominatiuum eiusdem numeri & figuræ.

Qui diligit castigationem, prudentior erit.
Dominus abominabitur cor peruersum.
Odium excitat contentiones.

II.

In uerbis primæ & secundæ personæ certus intelligitur nominatiuus.

Domus curam habe.	*Tecum habita.*
Oderis calumnias.	*Nosce teipsum.*
Benemeritos honora.	*Coherce linguam.*

III.

Item in uerbis exemptæ actionis. Et in uerbis aiunt, dicunt, ferunt, dissimulatur aliquando nominatiuus, aliquando exprimitur per Emphasim aut discretionem.

Pluit.	*Tonat*	*Ningit.*
Fulgurat.	*Fulminat.*	*Diescit.*

IIII.

Aliquoties tota oratio uice nominatiui ponitur, aliquoties solus infinitiuus, aut dictio materialiter posita.

Virtus est uitium fugere.
Mentiri non est meum.
Legere & non intelligere est negligere.

V.

Geminatum singulare æquiualet uni plurali.

Puluis & umbra sumus. Ioannes

Ioannes & Petrus disputant.

VI.

Vocatiui secundæ personæ imperatiuis præponuntur.

Domine serua nos, perimus.
Noli timere, pusille grex.

VII.

Verba substantiua, uocatiua & consimilia, item uerba composita cum nominibus gestus, habent utrinq; nominatiuum.

Deus est iustus. *Ego uocor Paulus.*
Didici hoc puer.
Ignarus hoc feci.

VIII.

Verba infinitiua cum uerbis optandi utrinq; nominatiuum habent.

Petrus studet uideri diues.
Ego malo dives esse quàm haberi.

IX.

Sum quoties significat possessionem, aut ad aliquid pertinere, genitiuum postulat.

Hic liber est præceptoris.
Prudentis est, multa dissimulare.

X.

Omne uerbũ admittit genitiuum proprij nominis significantis locum in quo fit actio.

Studet Vitebergæ.
Natus est Norimbergæ.

Natus

Natus Athenis. *Sum Romæ.*

XI.

Verba æſtimandi, uendendi, accuſandi, damnandi, abſoluendi, recordandi, genitiuis gaudent.

Parui ducitur probitas.
Magni emptus eſt liber.
Arguo te ruſticitatis.
Non memmit promiſſi.

XII.

Quoduis uerbum regere poteſt datiuum, præter iuuo, quod regit accuſatiuum.

Studeo Grammaticæ *Aſſurdo ſeni*
Medeor uulneri *Iuuo te.*
Audentes fortuna iuuat.

XIII.

Verbum Eſt, pro habeo, regit datiuum, aliquando geminos datiuos.

Eſt mihi fiſtula, *Suus eſt error cuiq;*
Rarò mihi ſunt nummi.
Hæc res eſt mihi honori.

XIIII.

Verba tranſitiua cuiuſcunq; generis accuſatiuum exigunt, ſignificantem id quod patitur.

Amo Deum. *Aro terram.*
Loquor uerba. *Oſculor matrem.*

XV.

Sunt

Sunt quę geminum admittunt accusatiuum.

Docuit me literas. *Posco te pacem.*

XVI.

Omnia Verba actiua, acquisitiue posita, citra accusatiuum regunt datiuum.

Ago tibi gratias. *Indico uentri bellum.*

Præfero uirtutem diuitijs.

XVII.

Verba quæ significant motum ad locum aliquem, Accusatiuum postulant nominis proprij citra præpositionem.

Eo Romam. *Iuit domum.*

XVIII.

Quoduis uerbum admittit Ablatiuum significantem qualecunq; instrumentum, aut modum actionis.

Inficio pannum croco.

Munio urbem uallo. *Spolio te ueste.*

XIX.

Verba, quæ significant motum à loco siue per locum admittunt ablatiuum.

Discessit Norimberga. *Venit rure.*

XX.

Verba implendi, onerandi, & his diuersa Ablatiuum adsciscunt, eundem & proses quor, efficio, nascor, utor, fruor, uicitito exi gunt.

Obruit

Obruit se uino. *Viuit lacte.*
Afficio te honore. *Vtor te familiariter.*

XXI.

Sed verba repellendi, abstinendi,& pe-tendi ablatiuum adiiciunt cum præpositione, ut:

Libera te à metu.

XXII.

Verba passiua cum suis participijs, ablatiuo construuntur cum præpositione A uel Ab, qui mutatur aliquoties in Datiuum.

Rideris ab omnibus.
Amaris omnibus uel ab omnibus.
Percutior à petro; *Percussus à Paulo.*

XXIII.

Verba infinitiui modi, à fronte Accusatiuum exigunt.

Patrem rectè ualere gaudeo,
Te studuisse non pœnitebit.

XXIIII.

Infinitiuus esse, quem casum à fronte, eundem à tergo habet.

Malim diues esse, quàm haberi.
Malim me esse diuitem, quàm pauperem haberi.

XXV.

Duo verba ita coniunguntur, ut alterum sit infinitiui modi.

Volo scribere. *Cupio abire.*

XXVI.

Impersonalia actiua ante se non regunt casum, post se genitiuum, datiuum, accusatiuum, & ablatiuum cum infinitiuo.

Ciuium refert tueri patriam.
Conducit Reipub. à sapientibus gubernari.
Vxorem decet ædes curare.
A nouerca male fit priuignis.
Pœnitet me facti.

XXVII.

Impersonalia passiua à fronte ablatiuum agentem cum præpositione A uel Ab exigunt, à tergo casum sui uerbi.

Hac ætate ita luditur.
A me itur. *A me consulitur tibi.*

XXVIII.

Prius supinum construitur cum uerbo significante motum ad locum.

Eo cubitum. *Abijt piscatum.*

Interdum cum uerbo Est, absolute ponitur.

Pugnatum est. *Actum est.*

XXIX.

Posterius supinum construitur cum nominibus adiectiuis.

Difficile creditu *Procliue factu.*
Res digna memoratu.

XXX.

Gerun

Gerundia omnia eosdem ferè casus habent post se, quos uerba habent, à quibus deducuntur.

Amandi. *Nocendi nemini.*
Legendo Vergilium.

XXXI.

Gerundia genitiui casus, sequuntur substantiua facultatem significantia.

Gratia discendi huc missus sum.
Modo est hora legendi.

XXXII.

Gerundia accusatiui casus, annectuntur uerbis cum præpositione.

Ibo ad uidenda spectacula.
Eo ad uidendos sermones prudentum.
Veni propter redimendum te.

XXXIII.

Gerundia ablatiui casus, sequuntur uerba, uel cum præpositione, uel sine præpositione.

Omnia conando docilis solertia uincit.
Codex ille legendo placet.
Memoria excolendo augetur.

XXXIII.

Participia eosdem ferè regunt casus, quos uerba á quibus descendunt.

Amans Deum. *Amatus à Deo.*

Ablatiui ſæpe carent rectore.

Carolo regnante Roma expugnata eſt.
Ferdinando rege Auſtria à Turca miſere uaſtata eſt.

ADVERBIVM.

Aduerbium uerbo latine cohærent.

Actutum redi. *Cœnas magnificè.*

Vocandi aduerbia nominum iunguntur uocatiuis.

O Melibœe. *O ſceleſte.*

CONIVNCTIO.

Coniunctio coniungit ſimiles caſus & ſimilia uerba, & ſuperiori ſententiæ aliam annectit.

Odit tum literas tum uirtutem.
Diuitiæ & paupertas à Deo ſunt.

Vt coniunctio cauſalis adſciſcit coniunctiuum, ſi præſens Verbum præcedat, præſens coniunctiuum erit.

Iubeo ut facias.

Si Præteritum Verbum præceſſerit, erit coniunctiuum præteritum imperfectum.

Iubeo ut faceres.

PRAEPOSITIO.

Prepoſitiones cum ſuis caſibus conſtruuntur.

Ad Græcas calendas.
Ex cantu dignoſcitur auis.

Cum amittunt præpoſitiones caſus, fiunt aduerbia.

Clàm

Clàm uenit *Palàm peccauit.*

INTERIECTIONES.

O exclamantis, admittit nominatiuum, accusatiuum & uocatiuum.

O *uir fortis.* O *im signem impudentiam.*

Heu, proh, cum nominatiuo & accusatiuo construuntur.

Heu prisca fides. *Heu stirpem inuisam.*

Hei, uæ, ah, cum Datiuo.

Hei mihi. *Ah tibi.*

Væ tibi. *Væ genti peccatrici.*

COMPENDIVM REGVLARVM GENEralium & specialium, ex Grammaticis libellis D. P. M. collectum.

REgulæ Grammaticales sunt duplices. Nempe: Generales & Speciales.

Generales sunt, quæ indicant genera nominum cognosci ex significatione.

Speciales uerò, quæ indicant genera nominum cognosci ex terminatione.

PRIMA REGVLA.

Virorum, officiorum Virilium, Mensium, Ventorum

¶ Fluuiorum nomina sunt generis Masculini, ut: Petrus, Prætor, Consul, Martius, Aquilo, Rhenus.

¶ Nomina Fluuiorum ad regulas speciales pertinent. In us Masculina sunt. In a fœminina. In um neutra. In is idis masculina. In e longum fœminina.

II. Nomina Mulierum, Muliebrium officiorum, Insularum, Regionum, Vrbium, & Arborum, sunt generis fœmimini, ut: Anna, Nutrix, Mater, Italia, Roma, fugus. ¶ Nomina Vrbium in VM uel VR finientia sunt generis Neutri, ut Comum, Tibur. ¶ Quæ in I desinunt pluralia masculina sunt, ut Gabij, Philippi.

¶ In æ diphongum fœminina sunt, ut Athenæ, Venetiæ. ¶ In A neutra sunt, ut Hierosolyma, Bactra.

¶ Excipiuntur etiam arborum quædam nomina, ex quibus hæc quatuor Masculina sunt, ut Dumus, Frutex, Oleaster, Rubus. ¶ Neutra sunt Robur, Suber, Siler.

Degenerant & in genus fœminimum κατὰ σύνθεσιν fabularum nomina, tametsi alioqui fuerunt Masculina, ut apud Terentium (in prologo.) In Eunuchum suam. Hic enim Eunuchus fabulam significat & non personam.

REGVLA III.

¶ Nomina fructuum ex arboribus Neutra sunt, ut: Cerasum, Malum, Pirum, Pomum. ¶ Excipe quæ fructum & arborem simul significant, Fœminina sunt, ut: Ficus, Glans, Iuglans, Castanea, sed Ficus cùm de morbo dicitur, Masculinum est. ¶ Nomina quæ ἄκλιτα, hoc est materialiter efferuntur, Neutra

sunt.

sunt, ut cùm dico: Cæsar dyssyllabum est.

REGVLA. IIII.

¶ *Nomina quæ conueniunt Viris & Mulieribus, communia sunt, ut: Homo, Nemo, Latro, Pincerna. Sic & gentilia quædam Araps, Arcas.*

REGVLA V.

¶ *Nomina numeralia à quatuor usq; ad centum, sunt generis Omnis, pluralis numeri, & indeclinabilia, ut quatuor, quinq;, sex, septem, octo, nouem, decem, uiginti, triginta, quadraginta, & sic deinceps.*

¶ *Excipe infra quatuor & supra centum, sunt declinabilia, & mouentur sicut adiectiua, ut: Hic unus, hæc una, hoc unum, Hi duo, hæ duæ, hæc duo, hi & hæ tres, & hæc tria* ¶ *Et Composita à Centum, ut ducenti, tæ, ta, trecenti, tæ, ta.* ¶ *Mille bifariam usurpant Latini, aliâs adiectiuè, aliâs substantiuè.* ¶ *Mille adiectiuum indeclinabile est, generis Omnis, & plurale tantum, ut Mille homines, mille hominum, mille hominibus* ¶ *Mille substantiuum in singulari quidem numero indeclinabile est, generis Neutri, pluraliter sic declinatur, ut Millia millium, millibus millia, quanquam rarò.*

REGVLA. VI.

¶ *Adiectiua sub una terminatione sunt generis Omnis, ut: Hic & hæc & hoc Sapiens, Fœlix.* ¶ *Adiectiua sub duabus terminationibus, sub prima sunt generis communis, sub secunda generis neutri, ut: Hic & hæc fortis, & hoc forte.* ¶ *Adiectiua sub tribus terminationibus, sub prima generis masculini, sub secunda*

generis fœminini, sub tertia generis neutri, ut: Hic Albus, hæc alba, hoc album.

REGVLA. VII.

¶ Volucrum nomina sub una terminatione & uno articulo, utrumq; sexum complectentia, sunt generis Epicœni, ut hic Pauo, hæc Aquila, Alauda.

¶ Sub hoc autem genus referri posse uidentur, Piscium & aliorum Animantium nomina, quorum sexus discretis uocibus non efferuntur, ut: Hic Cancer, hæc Anguilla, hæc Mustela, Vipera.

REGVLA VIII.

¶ Nomina quæ ab authoribus alio atq; alio genere usurpantur, dubij generis sunt, ut hic uel hæc Dies, Aluus, finis.

SEQVVNTVR REgulæ Speciales.

¶ A.

¶ In A desinentia primæ Declinationis, fœminina sunt, ut: Hæc Mensa, Tunica, Terra. ¶ Excipe in τα uerbalia & gentilia, quæ Græcè in της desinunt, masculina sunt, ut Hic Cometa, Propheta, Planeta, Poëta, Spartiata, Sybarita. ¶ Est & Hadria Masculinum pro sinu Maris, pro oppido fœmininum. ¶ Græca in Ma tertiæ declinationis neutra sunt, ut: Drama, Aenigma, Schema Poëma. ¶ Pluralia in A tantum Neutra sunt, ut: Arma, Bacchanalia, Crepundia: Dama & Talpa, dubia sunt.

¶ Polenta & neutro & fœmino genere usurpatur

patur, sed fœminino rectius. ¶ Verra & Composita Colo, cæo, gigno, communia sunt, ut Agricola, Incola, Cœlicola, Ruricola, Homicida, Paricida, Alienigena, Indigena. Veteres etiam Alienigenus, a, um, dixere.

¶ E.

¶ Nomina in E breue latina, Neutra sunt, ut: Hoc Mare, Cubile. ¶ Græca in E longum, & primæ declinationis, fœminina sunt, ut Epitome, Parasceue, Psyche, Pentecoste ¶ Excipe cæte & tempe pluralia, & neutra sunt contracta ¶ Pluralia in æ diphthongon fœminina sunt, ut Feriæ, Nugæ, Tenebræ.

¶ I.

¶ Nomina in I neutra sunt, ut: Gumi, Sinapi, quod & Sinapis fœminino genere dicitur. ¶ Eiusmodi, Huiusmodi, istiusmodi, frugi, flocci, mancipi, nihili, nauci, obliqui sunt, qui cum omnium generum, casuum, numerorumq; nominibus construi possunt.

¶ O.

¶ Nomina in O, quæ onis in genitiuis habent masculina sunt ut: Ardelio, Ligo, Sermo. ¶ Excipe Tabellio, & Verbalia in IO, quæ fœminina sunt, ut. Lectio. Ratio.

¶ In O.

¶ In O, quæ Inis in genitiuo habent, fœminina sunt, ut: Alcedo, Arundo, Imago ¶ Cardo, Ordo, & Cupido, pro amore, Masculina sunt. ¶ Pondo Neutrum est, & indeclinabile, tam singularis quam pluralis numeri.

¶ Bubo & Margo, dubia sunt. ¶ Argo, Echo, Caro, fœmmina sunt. ¶ Communia sunt: Homo, Nemo, Latro.

¶ Ambo, Duo, pluralia, masculina & neutra sunt: Ambæ, Duæ, fœminina:

¶ In V, C, D, T, Y.

Neutra sunt, ut: Cornu, Lac, Aliud, Capud, Moly. ¶ Halec, dubium est, aut neutrum, aut fœmininum, Neutro tamen usitatius. Lactes autem plurale, fœmininum est, pro intestinis.

¶ In L.

¶ In L, neutra sunt, ut: Animal, Fel. Vectigal, Nihil, quod per contractionem nil dicitur. ¶ Excipe masculina Mugil, Pugil, Sol. ¶ Sal, uulgo neutrum est, ueteres masculino maluerunt. ¶ Strigil, strigilis, fœmininum est. ¶ Consul, Exul, Hannibal, Michael, ad regulas generales pertinent. ¶ Vigil, Exul, Communia sunt.

¶ AN. In AM, unum est, ut: Nequam, adiectiuum, generis Omnis, & indeclinabile.

¶ EM. In EM, duo sunt, Tantundem, Neutrum, Totidem: omnis generis & plurale.

¶ VM. In VM finientia Neutra sunt, ut: Lorum. Speculum. ¶ Mulierum Nomina in Vm fœminina sunt ex regulis generalibus, ut: Phanicum, Erotium, Glycerium.

¶ AN. In AN Græca, masculina sunt, ut: Pan, Pæan, Titan.

¶ EN. In EN breue, quæ Inis in genitiuo habent, neutra

neutra sunt, ut: Flumen, Gramen, Stramen, Numen. ¶ Excipe masculina Pecten & Flamen, ad regulas generales pertinent. ¶ Et Composita à Cano, ut: Cornicen, Fidicen, Tubicen, Organicen, quorum fœminina in A exeunt ut: Fidicina, Tibicina, Tubicina. ¶ in EN longum quæ Enis in genitiuo habent, Masculina sunt. ut: Attagen, Lien, Lichen, Ren, Splen. ¶ Excipe fœminina Syren, & Troëzen, Vrbis nomen.

¶ IN. In IN masculina sunt, ut Delphin, quod & Nominatiuo casu Delphinis dicitur.

¶ Vrbium autem propria, ut: Salamin, Trachin, ad regulas generales pertinent.

¶ ON. In ON Græca tertiæ declinationis, masculina sunt, ut: Canon, Helicon, Cytheron, Python, serpentis nomen est. ¶ Excipe Icon & Sindon fœminina. ¶ In ON Græca, qua per VM secundæ declinationis, latina fiunt, Neutra sunt, ut Idolum, Sympoſium, Plectrum.

¶ AR. In AR neutra sunt, ut: Calçar, Far, Laquear, Baccar herbæ nomen, quæ & Baccaris fœminino genere dicitur. ¶ Lar, masculinum est. Par, cum compositis omnis generis est.

¶ ER. In ER masculina suut, ut: Agger, Vesper, Carcer. ¶ Excipe fœminina Linter, & Acer pro arbore. ¶ Neutra sunt Caduuer, Cicer, Iter, Papauer, Piper, Suber, Siler, Tuber, Vber, & Ver, ucteres etiam Itiner in Nominatiuo dixerunt. ¶ Lauer & Siser dubia sunt.

¶ Degener.

¶ Degener, Pauper, Vber adiectiue sumpta communia sunt.

¶ IR. In IR masculina sunt, ut: Vir cum compositis. Treuir gentile commune est. ¶ Martyr Græcum commune est. ¶ Gadyr nomen Oppidi, generis neutri, apud Salustium.

¶ OR. In OR, masculina sunt, ut: Honor, Amor: Vxor, Soror, Arbor, fœminina sunt. ¶ Ador, Cor, æquor, Marmor, neutra sunt. ¶ Comparatiui in Or & author, pro inceptore communia sunt, ut: hic & hæc Senior, doctior, maior. ¶ Adiectiua in Or sunt generis Omnis, ut Memor, immemor, & composita à Corpus & Color, ut: Bicorpor, bicolor.

¶ VR. In VR, neutra sunt, ut: Ebur, Sulphur, Iecur. Excipe masculina, Furfur, Vultur, Turtur.

¶ Agur, fur, Astur Cicur, Satur, ad regulas generales pertinent.

¶ AS. In AS Latina, fœminina sunt, ut bonitas, Pietas, Ciuitas. ¶ Excipe Masculina, as, assis, mas maris, uas, uadis, pro sponsore. ¶ In as Greca, quæ antis in genitiuo habent, masculina sunt, ut: Atlas, Elephas Gigas, Adamas. ¶ Græca quæ adis in genitiuo habent fœminina sunt, ut: Cyclas, Olympias, quinquennium Lustrum, Lampas. ¶ Vas uasis, Item Fas & Nefas, neutra sunt, & indeclinabilia. ¶ Gentilia in as communia sunt, in E neutra, ut: hic & hæc Arpinas, & hoc arpinate, & hic & hæc arpinatis, & hoc arpinate.

¶ ES. In ES tertiæ declinationis, quæ in genitiuis

uis crescunt, masculina sunt, ut: Aries, Paries, Gurges, Fomes. ¶ Aes æris, neutrum est. Excipe quinq; fœmminina, ut: Compes, Merces, Quies, Seges, Teges.

¶ Communia sunt: Antistes, Ales, Comes, Deses, Diues, Eques, Hebes, Hæres. Hospes, Interpres, Inquies, Locuples, Miles, Obses, Præpes, Perpes, Pedes, Sospes, Superstes. ¶ Et Composita à Pes, ut, Bipes, tripes, quadrupes, loripes, cornipes.

¶ In ES quæ nõ crescunt genitiuis in tertia declinatione fœmminina sunt, ut: Cædes, Fames, Lues, Tabes, Clades: Verres & Acinaces, masculina sunt. ¶ Vepres plurale & Torques dubia sunt. Vates commune est.

¶ In ES quintæ declinationis fœminina sunt omnia, ut: Fides, Spes, Species. Præter Dies in singulari dubium est, in plurali masculinum. ¶ Item Compositum eius Meridies masculinum est, & singulare tantum.

¶ IS. In IS, quæ habent ante IS N, aut duas Consonantes, aut unam duplicem. Item, quæ in genitiuis crescunt, Masculina sunt, ut: Panis, Axis, Lapis. ¶ Excipe fœminina, ut: Amussis, Alpis, Bipennis, classis, Febris, Iaspis, Lis, Messis, Paropsis, Pellis, Peluis, Promatsis, promuscis, Pestis, Pixis, Puppis, Restis, Sementis, Turris, Tussis, Vallis, Volucris. ¶ Patronymica & gentilia in IS ex Masculinis deducta, fœminina sunt, ut: Aeneis, Nereis, Theseis, Spartiatis, Sybaritis. ¶ Communia sunt: Canis, Ciuis, Iuuenis, Hostis, Testis, & gentilia Samnis, Quiris. ¶ Dubia sunt: Anguis, Clunis, Finis, Puluis, Sentis, Torquis. ¶ In IS

quæ

quæ non crescunt in genitiuis, nec N. aut duas consonantes, aut duplicem ante is habent fœminina sunt, ut: Cutis, Nauis, Ouis, Sitis. ¶ Excipe masculina: Aequalis, Iugalis, Cassis, pro rete, Canalis, Caulis, Matalis, Natalis, Rituatis, Moralis.

¶ OS. In OS masculina sunt, ut: Honos, Flos, Lepos. Excipe fœminina: Arbos, Cos, Dos,. ¶ Neutra sunt: Os, ossis, Os, oris, Chaos, Melos, τέλος. ¶ Communia sunt: Bos, Compos, Custos, Impos, & Sacerdos.

¶ VS In VS secundæ & quartæ declinationis, masculina, sunt, ut: Fructus, Ventus. ¶ Excipe fœminina, Abissus, Carsabus, Colus, Domus, Diphthongus, Eremus, Exodus, Hyssopus, Humus, Idus, Manus, Methodus, Nardus, Papyrus, Periodus, Porticus, Synodus, Tribus, Vannus. ¶ Pelagus, Vulgus, Virus, neutra sunt. ¶ Dubia sunt: Aluus, Barbydus, Beryllus, Costus, Cythissus, Narcissus, Opalus, Penus, Smaragdus, Specus.

¶ In VS tertiæ declinationis, non Monosyllaba, V in obliquis retinentia, fœminina sunt, ut: Palus, Salus, Virtus, Tellus. ¶ Intercus adiectiuum omnis generis est.

¶ Monosyllaba in VS, neutra sunt, ut: Crus, Ius, Pus, Thus, & Rus. ¶ Excipe Masculinum Mus. ¶ Sus, rus & Grus, communia sunt. ¶ In VS tertiæ declinationis quæ V in obliquis mutãt, neutra sunt, ut pectus, Corpus Scelus, Vulnus. ¶ Excipe Lepus leporis, masculinũ est.

¶ YS. Græca quæ Y ante S habent, pleraq; fœminina sunt, ut Clamis, Chelys. Erimys, piscis nomen.

¶ AVS.

¶ AVS. In AVS *fœminina sunt, ut:* Laus & Fraus, *Quæ finiunt S præcedente Consona, Monosyllaba fœminina sunt, ut:* Ars, Mors, Pars, Vrbs. ¶ *Excipe masculina:* Dens, Mons, Fons, Pons, Seps. ¶ *Dubia sunt:* Frons, Styrps, Scobs, Scrobs. ¶ *Quæ finiunt S precedente consona polysyllaba, masculina sunt, ut:* Chalyps, Torrens, Hydrops, Cyclops, Dodrans. ¶ *Excipe fœminina:* Bydens, *pro* Oue, Cohors, Hyems. ¶ *Dubia sunt:* Adeps, Forceps & Serpens *substantiuum.*

¶ *In T neutra sunt, ut:* Caput, Occiput, Sinciput. ¶ *In X desinentia Monosyllaba fœminina sunt, ut:* Pax, Fex, Lex, Nox. ¶ *Excipe Masculina,* Rex & Grex.

¶ Dux Commune est. ¶ Linx *dubium est.* ¶ *In X polysyllaba masculina sunt, ut:* Fornix, Calix. ¶ *Excipe fœminina,* appendix, carex ceruix, cicatrix, cornix, coxendix, Filix, fornax, forpex, forfex, odix, matrix, mastix, phalanx, perdix, radix, Salix, Syrinx, Suppellex, Vibex. ¶ *Communia sunt:* Coniunx, Exlex, Index, Iudex, Vindex. ¶ *Dubia sunt.* Cortex, Imbrex, Obex, Pumex, & Silex. ¶ Pellex & Ilex, *ad regulas generales pertinent.*

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199849-p0131-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199849-p0132-4

Fc 732

ULB Halle 3
004 768 493

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199849-p0133-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-199849-p0134-6

ÆLII DONATI
VIRI CLARISSIMI, DE OCTO PARTIBVS ORA-

tionis Methodus, quæſtiunculis puerilibus undiq; collectis illuſtrata.

Per Leonhardum Culmannum
Crayſſheymenſem.

Iam denuò recognita & aucta formulis faciendæ orationis & Syntaxeos.

THO. VENAT.

Riuulus è tenui ducit primordia toſo,
Cuius nunc rapido fonte feruntur aquæ.
Surgit in immenſum modico theſaurus ab ære,
Qui paſſim Cræſi uincere poſſit opes.
Et puer è paruis ſtudiorum exordia poſcit,
Donec ſufficiat grandia ſcripta ſequi.

NORIBERGÆ.
In Officina Typographica
Vlrici Neuberi.
M. D. LXXI.